




LIBRO DE
CONJUROS
CONTRA
TEMPESTADES



JT

t. 1147845
c.

R. 145569



El parroco de S. Nicolás,
Requejo como Pbro.

mas declina à lo ridi-
Ingenio.

xtraña yà en el Mundo,
en argumentos inutiles.
o grado , como mu-
os debieran ser utiles,
uen Cabello , y Syne-
, ni en aquello havrà
s de su frondosa Ca-
urmuren su desnudèz
flumpto , que el Santo
e la otra ; en la una,
origina sentimientos.

años ha , que la Vir-
adia , era mejor , que
templese , ¡qué locu-
cias! Siendo natural
e lo oyessen uno , y
e , ò se entibiassem en

la contraria? Pero bolvamos ligeramente à la inutilidad de los asumptos , y á disculpar á los que teniamos antes por ridiculos.

94. Si delira Favorino , aplaudiendo la Quartana , el que là padezca , se lo estimará , no juzgando en peligro à su salud. Si elogian Themison à la Plantayna ; al Pelion Musco ; Erasistrato à la Lysimachia ; y Juba al Euphorbio, los Botanistas les quedáran agradecidos , y acaso cederá en utilidad de los enfermos. Si aplauden Marcion al Rabano; Caton las Berzas ; Diocles à los Nabos ; Phanias las Ortingas , y Pythagoras las Cebollas , aunque se excedan en ello, se va à perder muy poco, y puede servir de algo à los Hotelanos. Si Luciano alabó a la Mosca , y le imita nuestro Villaviciosa en su Moschea : Si sucede lo mismo en la Batrachomyomachia de Homero , y la Gatomachia de nuestro Thomé de Burguillos , solo podrá decir la Critica à estos trabajos , que malograron el tiempo , que fueran util con mejor destino.

95. Pero ¿de què servirán , ó à quién , muchos af-

ca oido , sino dificultoso , y
culo , tanto se juzga ostenta-

91. No sabemos , por
que se ocupassen algunos El
Ninguno vemos , que lo se-
chos , que hemos oido , de
y serios. Si escribe Dion el
sio alabanzas à lo Calvo , ni
peligro : Uno agradecerà la
bellera , y otro celebrará ,
vergonzosa. Pero que se to-
de una Parroquia es mejor ,
no aumenta el culto , y en la

92. En un Pueblo se po-
gen del Pilar , que celebraba
la Virgen del Pilar de Zarago-
za , y quales podian ser las c
por las inmediaciones de el
otro Aragonès , era consigui-
su devicion .

*

LIBRO DE CONJUROS

DE XIMENEZ.

CONTRA TODAS

TEMPESTADES

De Truenos, Granizo, Rayos,
y contra las Langostas.



Se hallará en Burgos en la Librería
de Felipe Zuazo, Plazuela
del Arzobispo.



ORATIO SANCTI GREGORIJ
Episcopi.

Deus, qui Beato Gregorio Confessori tuo, atque Pontifici, contra locustarum pestem specialem gratiam contulisti: concede propicius, ut qui tua beneficia devotè poscimus: ejus meritis, & precibus, & à corrusione, & consumptione ipsarum, & quarumcumque aliarum pestium, in fructibus nostris, & pecoribus; atque à peste, & æpidemia, & omni alia infirmitate in corporibus nostri smisericorditer libera-mur. Per Dominum nostrum Iesum-Christum, &c.

EXORCISMUS PRIMUS SANCTÆ CRUCIS,
 fortissimus contra imminentem tempestatem
 tonitruorum, fulgurum, grandinum,
 ventorum, &c.

Signum Crucis ✕ sit in fronte mea. Verba Christi ✕ sint in ore meo. Arma Christi ✕ sint in pedore meo. Per signum Crucis † de inimicis nostris libera nos, Deus noster. Potentia Patris † confirma me. Sapientia Filij, † doce me. Amor Spiritus Sancti, † illumina me. Benedicta sit dies, & hora, in qua Dominus noster Jesus Christus natus est de Virgine Maria. In nomine Patris †, & Filij †, & Spiritus Sancti †, Amen. Nos cum prole pia benedicat Virgo Maria. *Pater noster, Ave-Maria, Credo.*

Quicumque vult salvus esse ante omnia opus est, ut teneat Catholicam fidem.

Quam nisi quisque integrum, violataque servaverit, absque dubio in eternum perebit.

Fides autem Catholica haec est, ut unum Deum in Trinitate, & Trinitatem in unitate veneremur.

Neque confundentes personas, neque substantiam separantes.

Alia est enim Persona Patris, alia Filij, alia Spiritus Sancti.

Sed Patris, & Filij, & Spiritus Sancti una est

Mansiæ Eusebiorum.

Divinitas, æqualis gloria, coæterna Majestas,
Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus Sanctus,
Increatus Pater, increatus Filius, increatus
Spiritus Sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius, immensus
Spiritus Sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spi-
ritus Sanctus.

Et tamen non tres æterni, sed unus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi; sed
unus increatus, & unus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Fi-
lius, omnipotens Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes, sed unus
omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus
Sanctus.

Et tamen non tres Dij, sed unus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius, Dominus
Spiritus Sanctus.

Et tamen non tres Domini, sed unus est Do-
minus.

Quia sicut sigillatim unamquamque Personam
Deum, ac Dominum confiteri, Christiana verita-
te compellimus: ita tres Deos, aut Dominus di-
cere Catholica Religione prohibemur.

Pater à nullo est factus, nec erratus, nec geni-
tus: Filius à Patre solo est, non factus, nec crea-
tus, sed genitus.

Spiritus Sanctus a Patre, & Filio, non factus,
non creatus, nec genitus, sed procedens.

Unus ergo Pater, non tres Patres, unus Filius,
non tres Filii: unus Spiritus Sanctus, non tres
Spiritus Sancti.

Et in hac Trinitate, nihil prius, aut posterius,
nihil majus, aut minus, sed totæ tres Personæ
coæternæ sibi sunt, & coæquales.

Ita ut per omnia, sicut iam supra dictum est,
& unitas in Trinitate. & Trinitas in unitate ve-
neranda sit.

**Qui vult ergo salvus esse ita de Trinitate sen-
tiat.**

Sed necessarium est ad æternam salutem, ut
Incarnationem quoque Domini nostri Iesu-Chris-
ti fideles credat.

Est ergo fides recta, ut credamus, & confi-
teamur, quia Dominus noster Iesus-Christus
Dei Filius, Deus, & homo est.

Deus est substantia Patris ante sæcula geni-
tus, & homo est ex substantia Matris in sæculo
natus.

Perfectus Deus, perfectus homo, ex anima
rationis, & humana carne subsistens.

**Aequalis Patris secundum Divinitatem: minor
Patre secundum Humanitatem.**

Qui licet Deus sit, & homo; non duo tamèn,
sed unus est Christus.

Unus autem non conversione Divinitatis in-

Manuale Exorcismorum.

carnem, sed assumptione humanitatis in Deum, unus omnino non confusione substantiae, sed unitate Personae.

Num sicut anima rationalis, & caro unus est homo, ita Deus, & homo unus est Christus.

Qui pasus est pro salute nostra descendit ad inferos, tertia die resurrexit a mortuis.

Ascendit ad Cœlos, sedet ad dextram Dei Patris omnipotentis; inde venturus est iudicare vivos, & mortuos: ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis, & reddituri sunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam; qui vero mala in ignem æternum.

Hæc est fides Catholica, quam nisi quisque fideliter, firmiterque crediderit, salvus esse non poterit. Gloria Patri, &c.

Conjuratio.

COnjuro vos, nubes, & grandines, ac tempestates: ac vobis præcipio per Deum Patrem †, Filium †, & Spiritum Sanctum †, qui in substantia unus est Deus, & per potentiam Patris, per sapientiam Filii, per amorem Spiritus Sancti procedentis ab utroque, per sanctam obedientiam Iesu Christi, per sacram humilitatem Virginis Mariæ, Dominæ nostræ, per virtutes Apostolorum, per passiones terribiles Martyrum Christi, per novem Choros Spiritum cœlestium, per fidem, & sacram vitam Confessorum, per omnes sanctos,

sanctas mulieres famulas, & Martyris Christi, per omnes animas beatas Cœli, per sacram obun-
brationem, quam fecit virtus altissima Beatæ
Mariæ Virginis Dominiæ nostræ, per imperiale
verbum, quod fecit Christus ventis, ut cesarent,
per divisionem mirabilem maris rubri, quam fe-
cit potentia divina populo Iudaico; & per om-
nia ista suprascripta conjuro, ✕ & præcipio vo-
bis, o nubes, seu grandines, quod in signo hujus
sacræ Crucis, ✕ quam contra vos facio, indivi-
sé, & repente recedatis à nobis, & ab hoc loco,
& terminis nostris, sine lesione alteujus homi-
nis, sive loci, sive navis, sive terræ, & deleami-
ni per æternum. Amen.

Iterum adiurô vos grandines, & ventos, per
quinq[ue] illa vulnera Christi, & per tres clavos,
qui ejus manus, & pedes perforarunt, & per qua-
tuor Evangelistas, Matthæum, Marcum, Lucam,
& Ioannem, ut in aquam resoluti descendatis. In
nomine Patris, ✕ & Filij, ✕ & Spiritus Sancti.
✠ Amen.

Oratio.

Domine Iesu-Christe, qui fecisti Cœlum, &
terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt,
qui que flumini Jordani benédixisti, atque in eo
baptizari voluisti, & tuas santissimas manus, &
brachia sacratissima in Cruce extendisti, quibus
aerem sanctificasti: obsecramus immensam pietatis,
& bonitatis tuæ clementiam, quatenus has nubes,
quas ante me, & supræ me, à dexteris, & à sinis-

tris video aerein perturbare, dissolvere, & annihi-
lare digneris, ut aligata potestate dæmonum,
impie desæviuntum deficiat, & turbetur ad lau-
dem tui sanctissimi nominis. & omnipotentiæ
Majestatis tuæ. Qui vivis, & regnas. &c.

*Postea conversus ad nubes, & ea signo Crucis
signans, dicit.*

Circundet te, nubes, Deus Pater. ✕ Circundet
te Deus Filius. ✕ Circundet te Deus Spiri-
tus Sanctus. ✕ Dividat te Deus Pater. ✕ Dividat
te Deus Filius. ✕ Dividat te Deus Spiritus Sanc-
tus. ✕ Benedicat te Deus Pater. ✕ Per edicat te
Deus Filius. ✕ Benedicat te Deus Spiritus Sanc-
tus. ✕ Destruat te Deus Pater. ✕ Destruat te
Deus Filius. ✕ Destruat te Deus Spiritus Sanc-
tus. ✕ Annihilet te Deus Pater. ✕ Annihilet te
Deus Filius. ✕ Annihilet te Deus Spiritus Sanc-
tus. ✕ Comprimat te Deus Pater. ✕ Compri-
mat te Deus Filius. ✕ Comprimat te Deus Spi-
ritus Sanctus. ✕ In nomine Patris ✕ & Filii, ✕
& Spiritus Sancti. ✕ Amen.

Oremus.

DEUS, qui non mortem desideras peccato-
rum, creaturam tuam ad te revertentem
propitiis respice, & intercedentibus Sacramen-
torum virtutibus, ac mysterijs Sanctæ Crucis,
iracundia tua flagella ab eâ remove. Per Chris-
tum Dominum nostrum,

Exorcismus.

Exorcizo vos , nubes , seu grandines , per Deum Trinum , & Unum , cuius Verbum caro factum est , & in Ara sanctæ Crucis † te , & mundum pretioso sanguine redimere dignatus est , & sicut in passione sua abluta est , si in virtute sanctæ Crucis † ab omnibus infestationibus diaboli sis munda , & purgata . Recede ergo , Satan , in nomine Patris , & & Filii , & & Spiritus Sancti , & per tropheum sanctæ Crucis , cum omnibus tibi faventibus adjuratus . Per Christum Dominum nostrum . Amen .

Hic asperget aqua benedicta in modum Crucis , deinde elevatis oculis , dicat .

Protege † me , Redemptor mundi , per sanctam Crucem , quia in hoc vexilio † sancto tuo , morum , maledictorum . farias penetrabo securus .

Exorcismus efficacissimus .

Onus inimici malædicti Crucis Christi , fugo res nám eccé vexilium † redemptionis nostræ . Eccé signum † æternæ malædictionis , & confusio nis tuæ . Ecce amicis Dei præsidium , & inimicis obstaculum . Eccé Crux † , ia cujus unico sanctæ Crucis signo debilitatur anfugis . Eccé † Crux sancta , quæ portas mortis , & feras pariter dirupit : destruxit quidem claustra inferni , & subvertit potentias diaboli . Eccé † Crux , quæ tenebras suo splendore fugavit , & carceres illustravit , & captivorum luctus in gaudium com-

mutavit. Eccé ✕ lignum triumphale, in quo Redemptor noster mortis vincula rumpens, te calidum aspidem superavit. Eccé ✕ lignum vitæ in medio Paradysi plantatum. Eccé ✕ ligna holocausti, per Isacc ad montem portata. Eccé ✕ baculus Jacob, quo transibit Jordanem. ✕ Scala, quam vidit Jacob pertingentem usque ad Cœlum. Eccé ✕ Arca Noe, in qua salvantur justi. Eccé ✕ lignum, per quod facta est dulcis aqua amara, & quo, bis percuso filice, & petra Horreb, ut biberet Populus, exierunt aquæ largissimæ. Eccé ✕ lignum, in quo vinum suavissimum exiit lætificans corda hominum, & Angelos. Eccé ✕ virga fortis Aaron. Eccé ✕ lignum, in quo serpens æneus suspenditur. Eccé ✕ clypeus Josue, & Arca Dei. Eccé ✕ baculum in manibus David. Eccé ✕ cithara, qua demon Salis compescitur. Eccé ✕ baculus Elisæi, suscitans mortuos. Eccé ✕ lapis, & gladius, quo postratus est impius Goliath. Eccé ✕ pugio, quo Holophernes decapitatus est; clavus, & meleus, quo mortuus est Sisara. Eccé ferculum ✕ Salomonis. Eccé ✕ virga, quæ per Angelum Domini assas carnes, & acimos panes, igne de petra accenso devoravit. Eccé ✕ lignum, in quo verè unguntur Reges, & vera pinguedo exiit, quæ utuntur Fideles. Eccé ✕ arbor Daniélis. Eccé ✕ lignum, quo Paradysum ante quinque millia, vel amplius fore annos clausum, nobis apperuit, & per quod

venit gaudium in universum mundum. Eccé † lignum super omnia ligna ; ramus super omnes ramos ; & arbor super omnes arbores : sub cuius umbra electa dulciter, & securé dormiunt. Eccé † lignum , quod cum magna insultatione persecutores Iudæi Domino procurarunt : nunc verò magna fiducia servi ejus, & Reges in fronte semper portabunt. Eccé † lignum , in quo fides nostra ascendit , & in fluctibus diversarum cogitationum navigantes, ad portum perducimur. Eccè † hamus , quo Levithan capitur ; & torcular , quo sanguis Christi exprimitur. Eccé † in qua præsum nosrum pependit, & regnum. Eccé † mortis remedium , quod destruxit vincula criminum. Eccé † suplicium , quod Dominus elegit, ut sublimiorem victoriam nobis pararet. Eccé † lignum , quod redarguet peccatores , ostendens clavorum foramina, & crucifixi sanguinem , & vulnera. Eccé † lignum amoris , valoris , honoris , decoris , defensionis , & redemptionis , signumque terroris , & æternæ confusionis. Eccé † fœlix triumphus ; in cuius virtute omnia Sacra menta perficiuntur. Eccé † lignum , ad cuius contactum resurgunt mortui , & Dei magnalia referantur. Eccé † clavis Paradysi , quæ ad cœlum de terra traxit latronem. Eccé † Crux , qua nūc nihil intollerabilius , nūc verò nihil gloriosius. Eccé † Crux , perpetuum Scutum Christianorum , & resurrectio mortuorum. Eccé † Crux despe-

ratorum, & malevolentium pena. Ecce † Crux, dux cæcerum, & claudorum baculum. Ecce † Crux, consolatio pauperum, & refrenatio divitum. Ecce † humilium exaltatio, & superborum destruētio. Ecce † contra dæmones triumphus, & sustentatio inopum. Ecce † Crux, fugatio dæmoniorum, & requies tribulationum. Ecce † Crux, conuasatio idolatrum, & dissipatio maleficiorum. Ecce † Crux, timor inferni, & Sathanæ morsus. Ecce † Crux, guveratrix navegantium, & periclitantium portus. Ecce † malignum humiliatrix, & consiliatrix discordantium. Ecce † Crux, auxiliatrix impotentium, & pereuntium remediatrice. Ecce † Crux de diabolo victoria, & impiorum perditio. Ecce † Crux custos parvolorum, & consiliatrix justorum. Ecce † Crux, lumen in tenebris, & bonorum finis. Ecce † Crux, ægrotantium medicina, & palma vitæ æternæ. Ecce † Crux, fundamentum Ecclesiæ; non humiliavit semetipsum † Dominus, factus obediens usque ad mortem, mortem autem Crucis: propter quod, & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod est super omnem nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur coelestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster Iesus Christus in gloria est Dei Pater.

Conjuratio.

Conjuro vos nubes, tempestates, & grandines

per **¶** Crucem sanctam, quæ virga regia est, quia tota vita Christi i Crux fuit, & Martyrum, & tota via Iustorum fuit, est enim circumscripta crucibus, tribulationibus, & miserijs, quæ ob amorem, & conformitatem Crucis Christi convertuntur ad consolationes Divinas. Siquis vult venire post me, abneget se metipsum, & tollat Crucem suam, & sequatur me. Conjuro te per **¶** Crucem, quæ arcta via est, quæ ducit nos ad salutem, non est mayor servus Domino suo, nec Discipulus super Magistrum. Ideo soli servi Crucis inveniunt vitam beatitudinis, ac veræ lucis, quæ est Iesus-Christus. Conjuro te per **¶** Crucem quæ duxit nos ad viam rectissimam, ad veritatem supremam, ad vitam veram, beatam, & incretam. Conjuro **¶** te per Crucem, quæ docet nos veritatem, di. ens: Si vis ad vitam ingredi, serva mandata: si vis exaltari in cœlo, & regnare cum Christo, porta Crucem cum illo. Conjuro te per **¶** Crucem quam si quis libenter de manu Domini portaverit usque ad mortem, perget cum eo Christus, & erit sepèt secum Jesus. Conjuro te **¶** per Crucem Dominicam, quæ est signum in vestibus sacerdotalibus, ante, & retro positam: ante ut Christi vestigia libenter Sacerdos inspiciat, & sequi frequenter studeat: post se Crucem signans est, ut adversa qualibet illata ab alijs: æquanimiter pro Deo tolleret: ante se Crucem gerit, ut propria peccata lugeat, post se ut aliorum etiam commissa,

compassionem defleat, & se medium inter Deum, & peccatorem constitutum esse sciat, ut misericordiam, & gratiam impetrasse moreatur. Conjuro te per Crucem, in qua pendens Christus a dæmoniaca servitute mundum redemit: nam diabole tradebas, eum timens, ne per ejus doctrinam evelleretur de manu tua genus humanum non advertisti tamèn malédicte, quoniam potius per mortem, quam per doctrinam, & miracula erat genus humanum redimendum. Conjuro te per Crucem Sanctam, quæ, diabolo superato, est tanquam trophyum in frontibus fidelium. O maledicte! de morte pessima cogitabas: nam pendens Christus siquidem in ligno crucifixus, clavibus ad lignum, pedibus, manibusque confixus, producta morte necabatur: & diu vivebat in Cruce, non quia longior vita eligebatur, sed quia mors ipsa protendebatur, ne dolor citius finiretur. Conjuro te per Crucem, quæ planta fuit in medio terræ, ut ad capescendam Dei cognitionem, universis gentibus esset æqualis. Conjuro te per Crucem, quæ Iesu Christi tribunal fuit; in medio enim Iudice constituto, unus latro, qui credidit, liberatus salter, qui insultavit, damnatus est: iam significat, quod futurus est de vivis, & mortuis; alios positurus ad dexteram, alios vero ad sinistram. Quantum autem valeat virtus Crucis, attende, maledicte: contempsit Adam præceptum, accipiens ex arbore po-

pomum , sed quidquid Adam perdidit, Christus
in Cruce invenit, de diluvio aquarum humanum
genus Arca lignea liberavit : de Ægypto Dei
Populo recedente , Moyses mare virga divisit :
Pharaonem submersit, & populum Dei redemit,
idem Moyses lignum in aquam misit, & amara a
aquam in dulcem commitavit. Lignea virga de
spirituali petra salutaris unda profertur , & ut
Amalech vinceretur , circa virga Moyses, expan-
sis manibus , extenditur : & Lex Dei Arcæ Tes-
tamenti creditur lignæ , ut his omnibus ad lignum
Crucis, quasi per gradus quosdam veniatur.
In hoc excelsø ligno sanctæ Crucis , non subiec-
to passus est Christus, ut ipsius aeris natura mun-
daretur , & terra decurrentis de latere sanguini-
nis stilatione mundaretur. Conjuro ✠ te per
sanctam Crucem, quæ non solum fuit lignum il-
lud, ubi erant fixa membra morientis, sed etiam
fuit Cathedra Magistri docentis. Conjuro ✠ te
per sanctam Crucem , qua dœmones humilian-
tur , devincuntur , & debellantur; nàm ubi hoc
signum ✠ sanctæ Crucis, cum fide, & Dei timore
præcesserit, ibi inimicus nihil nocere poterit:
quia in Cruce salus , in Cruce vita , in Cruce
protectio ab hostibus, in Cruce infusio supernæ
suaviratis consistit, in Cruce robur mentis , in
Cruce gaudium spiritus, in Cruce virtus summa,
& in Cruce perfectio sanctitatis consistit. Conju-
ro ✠ te per sanctam Crucem, quæ sempér , &
ubi

ubique parata est, & expectat hominem; convertat se homo supra, convertat se infra, convertat se intra, & extra, & in omnibus inveniet Crucem ad perpetuam merendam coronam: nam præcessit Iesus-Christus bajulans sibi Crucem, & mortuus est in Cruce pro redemptione nostra, ut etiam homo portaret Crucem, & mori affectet in Cruce, quia si quis cum Christo mortuus fuerit, cum Christo pariter vivet, & si illi socius fuerit pœnæ, socius erit, & gloriæ, nam non est salus animæ, nec spes vitæ æternæ, nisi in Cruce; non est alia via ad vitam, & ad veram, internamque pacem, nisi via sanctæ Crucis, & quotidianæ mortificationis. Conjuro te ✕ per Crucem Iesu-Christi, quam noluisti, indisciplinatæ, libenter portare, sed abiecisti, & tandem aliam invenisti valde gravissimam, quam invite portas, & te ipsum gravat, & ut substineas æternam damnationem, arctat. Contemplare, male dicte, Christum propter hominis scelera in Cruce pendentem: meditare vulnerum Christi qualiter scelera interficiunt, & confundere. Conjuro te ✕ per Iesum-Christum, qui prothoplasti acinus, quod per ligni veriti gustum in genus humanum deribatum est, per idem lignum simulque nostra affligens delicta, delere dignatus est. Conjuro te + per sanctam Crucem, quæ est baculus, quo peregrini, infirmi, & debiles, senes, & decrepiti, boni, & mali, perfecti, & imperfecti,

Virtuosi, & vitiosi, semp̄ indigent ad susten-
tandum. Conjuro † te per Crucem, quæ lancea
est data fidelibus ad propugnandum, quæ tan-
quam sagitta, a longe percutit hostes; nām per
Crucem Christus dœmones superavit, ut si quis
per memoriam, et devotionem, istam lanceam
Sanc̄tæ † Crucis habuerit, nunquam canis infer-
ni eum lædat, nunquam hostis subdolus invadat,
nunquam leo rugiens eum confundat. Conjuro
te † per Crucem, quæ est sancta Scala ad ascen-
dendum, quæ stetit super taram in Christi pas-
sione, & cacumen ejus tetigit cœlum, Solem
eclipsando, & parva cœli luminaria obtenebran-
do, & Christus confixus scalæ, morte sua genus
redemit humanum, placatum faciens Deo Patri.
Conjuro † te per Crucem. quæ sedes est ad
quiescendum, nām & agitatio carnis, & solici-
tudo tentans mentem, & vanitas mundi inquiet-
tam; oculos, & furor nefandorum operum procul
compellitur, & fugatur, mentem reddit quietam.
Conjuro te † per Crucem, quæ schola est ad
discendum in ea contemplari, qui vacant in ani-
mi amaritudine per passionem Christi Præcepto-
ris divini doctrina erudiuntur: docet in eâ Chris-
tus Magister noster humilitatem, dum inclinato
capite pendet in Cruce: docet misericordiam in
pauperes, dum pendet perforatis, & apertis ma-
nibus: docet mortificationem carnis, dum pen-
det corpore lacerato vulneribus; docet mansue-

tudinem, dum sustinet contumelias, & irrisio[n]em: docet parsimoniam, dum portatur fele, & azæto; docet indulgentiam offensarum, dum orat pro crucifigentibus; docet paupertatem, dum lacet in Cruce, nec habet Rex universi, ubi caput suum reclinet; docet beatitudinem hos, qui in Cruce erudi ti tollunt Crucem suam, & sequuntur Magistrum suam Iesum-Christum. Humiliate ergo. maledicte, sub signaculo sanctæ Crucis, & à terminis nostris recede, non jactando tonitrua, nec grandines, demonstrando malitiam tuam: nàm nulla portio est tibi cum servis Dei, quorum hereditas est Crux Christi. Fuge in nomine Patris, ✕ & Filii, ✕ & Spiritus Sancti. ✕ Amen.

Postea Sacerdos in loeo competenti, incipiat dicendo.

In nomine Sanctæ Trinitatis, Patris, ✕ & Filii, ✕ & Spiritus Sancti, ✕ unus Deus. ✕ Amen. Per signum Crucis ✕ de inimicis nostris, libera nos, Domine Deus noster. Deus miserere mei, & conservare digneris fructum agrorum nostrorum, & omnium Populorum Christianorum. Amen. Iesus Nazarenus, titulus triumphalis Passionis Domini nostri Iesu-Christi.

Exorcismus utilissimus:

Adjuro vos, Angeli tartarei, ut istas tempestuosas tempestates à terminis nostris, eradicetis, & expellatis cum omni malitia vestra, per lanceam, qua Dominus noster Iesus Christus fuit lanceatus in Cruce, & per clavos, qui membra

Domini præforarunt , † & per illam aquam , & sanguinem , qui de latere Christi processit , † per illam spineam coronam , quæ in capite Domini nostri I. X. fuit posita , & per sanctam ejus Resurrectionem , & Ascensionem † & per gratiam Spiritus Sancti , vos conjuro , maligni spiritus , ut non habeatis virtutem , neque potestatem super Campos , & terminos nostros , & nobis commissos , recommendatosque eorum fructus aliquid maléfacere . † Iterum adjuro , & conjuro vos , maligni spiritus , per Patrem Domini nostri Iesu-Christi , & per omnes Sanctos ejus . † Conjuro vos per sanctam Mariam Matrem Domini nostri Iesu-Christi , & per sanctum Michaëlem , Gabriëlem , & Raphaëlem . † Conjuro vos , & contradico vobis per istas conjurations , ut non habeatis potestatem in nubibus Cœli , nec nobis nocere in personis , nec arboribus ; neque in armenis , neque gregibus , neque in laboribus , neque in vineis , neque in terminis nostris , neque nobis commendatis , ac commissis , neque in tota ista Provincia , ut non habeatis potestatem super populum Christianorum , fundere vestram infernalem potestatem , & tempestatem . † Adjuro vos per sanctum Petrum , & sanctum Paulum , qui suis orationibus ejecerunt Simonem Magum , & per sanctum Andream , & sanctum Ioanem , & Sanctum Bartholomæum . † Etiam vos adjuro per sanctos quatuor Evangelistas

Matthæum , & Marcum , Lucam , & Ioannem .
 ✕ Conjuro vos per communionem , & societatem omnium Sanctorum Iesu-Christi , & per duodecim Legiones Militiae Angelorum , & viginti quatuor seniores , & omnes virtutes cælorum , & per septem thronos , & septem candelabra Christi , & per septem dominationes , & septi formem gratiam Dei , & per singula singulorum , & per Agnum Dei immaculatum Iesum-Christum , cui est honor , & virtus , & per omnes Angelos , qui stant in Paradyso Cœli .
 ✕ Conjuro vos per Deum vivum Cœli , ✕ & per Deum Angelorum , & Patriarcharum .
 ✕ Per Deum Apostolum , ✕ & per Deum Martyrum , & per Deum Confessorum , & per Deum Virginum , ut non habeatis potestatem , neque virtutem in istis nubibus cœli , nobis nocere , neque flagelare super campos , & terminos nostros , aut nobis commissos , aut commendatos , sed ite in loca deserta , ubi arans non arat , neque seminans seminat ✕ Agios ✕ Schiros , ✕ Agios Athanatos , ✕ Agios Otheos ✕ & Eleison Imas , increatus Pater , increatus Filius , increatus Spiritus Sanctus . Ecce Crucem Domini nostri Iesu-Christi , fugite , partes adversa , vicit Leo de Tribu Iudæ radix David . Alleluia . Alleluia .

Exorcismus.

Exorcizote , creatura nubis , in nomine Patris omnipotentis , ✕ & in nomine Iesu-Christi , ✕ &

& in virtute Spiritus Sancti, ut fiat nubis exorcizata ad effugandam omnem potestatem inimici, & ipsum inimicum eradicare, & explanare valeas cum Angelis suis apostaticis, per virtutem ejusdem Domini nostri Iesu-Christi, qui venturus est judicare vivos, & mortuos, et saeculum per ignem. Hoc signum Crucis ✕ erit in Cœlo, cum Dominus ad judicandum venerit.

Oremus.

Exaudi nos, Deus salutaris noster, et per triumphum sanctæ Crucis à cunctis nos, et terminos nostros defende periculis. Per Dominum nostrum, &c.

Ostendatur Crux, levando contra nubem.

Eccé Crucem ✕ Domini nostri Iesu-Christi, quam tibi appono, malèdicte diabole, ut numquām audeas violare fructus, et terminos nostros, et servos Dei, præstante Domino nostro Iesu-Christo, qui vivit, et regnas in saecula saeculorum. Amen.

Conjuratio.

In nomine sanctæ Crucis, et individuæ Trinitatis præcipio, et dico tibi, et omnibus socijs tuis, malèdicte, atque damnate ire retró, ò satana, et socij tui, reconoscite sententiam vestram et date honorem Deo vivo, et vero, et date honorem Iesu-Christo Domino nostro, et recedite à nobis famulis Dei, et terminis nostris, quia nos Deus, & Dominus noster Iesus-Christus, qui ad

suam gratiam , fontemque baptismatis , & ad sacerdotalem ordinem vocare dignatus est , & hoc signum sanctæ  Crucis , quod tibi appono , maledicte diabole damnate , numquā audeas violare , præstante Domino nostro Iesu Christo , qui vivit , & regnat , &c .

Oremus.

Domine noster Iesu Christe , Fili Dei vivi , qui pro salute humani generis mortis supplicium pertulisti , qui dolores , & languores nostros , juxta vocem propheticam , per lignum Crucis portasti , ne respicias ad delicta mea , nec ad iniquitates nostras , qui licet indignè cogimur , rogare pro alijs , per immensam clementiam tuam , & per virtutem ineffabilem exaudinos pro fructibus terræ , ut non deleanor , & per interventum sanctissimæ Virginis Mariæ , beatæque Annæ matris suæ , & omnium Sanctorum tuorum , salvos fac servos tuos , & fructus terræ , & liga modò omnes nubes malas , & omnes diabolos , & omnes malitias eorum per virtutem , & potentiam tuam , qui vivis , & regnas in sæcula sæculorum . Amen .

Conjuratio.

Sanctæ Michael Archangele , defende nos in prælio , ut non pereamus in tremendo juicio .

Vers. Stetit Angelus juxta aram templi .

Resp. Habens turibulum aureum in manu sua .

Oremus.

Exaudi nos , Domine sancte Pater omnipotens

æterne Deus, & mittere digneris sanctum Angelum tuum de cœlis, qui custodiat, foveat, protegat, visitet, atque defendat omnes fructus terræ nostræ hodie, & omni tempore. Per Christum Dominum nostrum. Amen,

Conjuratio.

Nubes, dividite in honorem Dei, qui fecit cœlum, & terram, mare, & omnia, quæ in eis sunt, in ejus honorem, & potentiam sitis divisæ, & sparsæ, & conversæ in aquam bonam, & sanctam, ut nobis non noceatis, nec fructibus terræ nostræ. Per Christum Dominum nostrum, per quem hæc omnia, Domine, semper bona creas, sanctificas, ✕ vivificas, ✕ benedicis, ✕ & praestas ✕ nobis, per ipsum, ✕ & cum ipso, ✕ & in ipso ✕ est tibi Deo Patri omnipotenti in unitate Spiritus Sancti omnis honor, & gloria, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

Iesus autem transiens per medium illorum ibat in pace, dixit Dominus, ex Basami convertam, convertam in profundum maris.

In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Am.

Iesus, ✕ qui sine peccato est, vestrum mittat lapidem.

Et dicatur tèr Pater noster propter reverent. Trin.

Conjuro vos nubes malas, in nomine Domini Iesu-Christi, ✕ qui dedit nobis potestatem, per virtutem, & potentiam suam, ejc ite dœmonia, per virtutem sanctæ, & individua Trinitatis, ✕

Patris, + Filij, + & Spiritus Sancti, + per beatam Mariam, Matrem Domini nostri Iesu-Chrísti, & per beatam Annam, Matrem ejusdem Virginis Mariæ, & per sanctum Michaélem, Príncipem glorioſíſimum Militiæ coeleſtis, & per omnes virtutes Cœlorum, & per omnes Sanctos, & Sanctas Dei, contestor, & conjuro vos nubes, quæ de mari, vel de terra ad nubes Coeli ascendistis, si habeatis aliquam malitiam, aut sagittas potentissimas, aut flammam, aut fulgura, aut tempeſtatem, non habeatis potestatem, nec licentiam nobis malum faciendi, nec lapides jactandi ſupraterminos, neque positis tollere fructus, neque aves, neque bestias percutere, neque aliquod malum inferre, per virtutem Domini nostri Iesu-Chrísti, qui venturus est, &c.

Oremus.

Domine Iesu-Chríste, Fili Dei vivi, qui in hunc mundum venisti propter peccatores de ſinu Patriſ tui, mittere digneris ſuper nos misericordiam tuam. Amen.

Exorcismus.

Adjuro vos tempeſtates, + & nubes malas cum malitia vestrā, per Deum vivum, per Deum verum, + per Deum Sanctum, + qui totum redemit. & per omnes virtutes cœlorum, ut non habeatis potestatem jactandi malitiam vestrā in terminis noſtris; per eum, qui in Trinitate perfec-ta vivit, & regnat in ſecula ſeculorum. Amen.

Ore-

Oremus.

Domine Iesu-Chryste, qui pro redemptione mundi nasci, & in carne tua sanctissima circuncidi, a Iudeis reprobari, a Iuda proditore osculo tradi, & vinculis ligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque in conspectu Annæ, & Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, & falsis testibus accusari, flagelis vicerari, in Cruce clavis affigi, inter latrones deputari, & lancea vulnerari, tu, Domine, per has sacratissimas poenas, quas ego indignus Sacerdos recolo, per Crucem, & Passionem tuam libera nos, & terminos nostros ab ista tempestate, sicut a poenis inferni latronem tecum crucifixum liberasti. Qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

**EXORCISMUS SECUNDUS EX MISTERIJS
Sanctissimæ Trinitatis, & unitatis Dei.**

DEUS ✠ in adjutorium meum intende.
Domine ✠ ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in
sæcula sæculorum. Amen. Alleluya.
Domine, exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

OMnipotens sempiterne Deus, qui in maiestate tua ascendis super Cherubim, & volas super pennas ventorum, sicut aliquando in fremitu tuo ponis tenebras, latibulum tuum in circuitu tuo, & tabernaculum tuum tenebrosam aquam in nubibus aeris. Miserere, miserere nostri, placare, placare, Domine, parce populo tuo, & aerea, quæsumus, discedat malignitas tempestatum, ut sieut justè pro peccatis nostris afflictionis periculo imminentे affligimur, ita misericordia tua perveniente, clementiam sentiamus; etsi forsitan opere diabolico hæc concitantur contra majestatem tuam, quæ producit in montibus fænum, & hervam servituti hominum, & adversus naturam ipsam terræ nascentia producentem qua liberalissime operaris in omnibus, atque in suorum Christi fidelium detrimentum: intona, quæsumus de Cœlo. Altissime, dà contra spiritualem nequitiam vocem tuam, grandinem, & carbones ignis: mitte sagittas tuas, & eam dissipat, fulgura multiplica, & conturba eam ut cognoscant te rectorem omnium esse, qui temperas rerum vices, nunc, & in perpetuum. Amen.

Sacerdos conversus ad nubes, dicat.

Exorcizo vos, sceleratissimi dæmones, qui naturalia principia, & acreas impresiones, ex quibus mortalibus omnibus diversimodè beneficia operatur Deus, ausi estis in consummationem nequitiae vestre convertere, ventos conci-

stantes, vapores congregantes, nubes competentes, & grandines condensantes, per Deum Patrem omnipotentem, ✕ per Dominum Iesum-Christum Filium ejus unigenitum, ✕ per sancta nomina ejus scilicet Verbum, Emmanuel, Iesus-X. Rex Regnum, Dux in misericordia, Princeps pacis, Vir oriens, Dominus iustus, Legifer, Magister, Filius, Primogenitus, Unigenitus, Puer nobis datus, Mediator, Pontifex, Sacerdos in eternum, Caput Ecclesiae, Propheta magnus, Medicus animarum, Pastor bonus, Angelus testamenti, Leo de Iudae, Vitulus saginatus, Ovis occisionis, Agnus Dei; atque ✕ per Spiritum Sanctum Dominum, & vivificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. Exorcizo vos per gloriosam Virginem Mariam, quæ Vas auri solidum dicitur, Pelles Salomonis, Lilium inter spinas, Virga de lessé, Virgula fumi. Fons signatus, Puteus aquarum, Amicta Sole, Pulchrior Luna, & Stella Maris. Exorcizo vos per omnes illos, in quibus Deus mirabilis: & gloriosus appareret, sive in coelestibus Hierarchijs, sive terrestribus ordinibus, quatenus inceptum opus relinquentes. grandinem dissolvatis, nubes destruatis, vaporis dispergatis, & ventos cohibeatis, per eundem, qui æqualem non habet in manibus, nec in filijs Dei similem, & vivit, & regnat sempér. Amen.

Oremus.

**Omnipotens aeternæ Deus, qui Dividis aquas
ab**

ab aquis , qui fontes abysi rumpis, & cataractas
 Cœli aperis, qui pluvias, & tempestates , & to-
 nitrua, & fulgara cadere propter peccata nos-
 tra permittis: fontesque claudis , & cataractas
 Cœli cohibus : tempestates, & nubes, cunctaque
 nobis adversantia destruis : subveni , quæsumus,
 nobis filijs tuis , & parce in remigando laboran-
 tibus , pauperesque in necessitate clamantes res-
 pice , dà nobis, Domine, dà nobis pacem , ne fa-
 me pereamus : exaudi, & præsta ut in verbo tuo,
 & misericordia rabiēs , & persecutio dæmonum
 adversantium destruatur. Per eumdem Domi-
 num nostrum Iesum-Christum. Amen.

Mox extensis manibus contra nubes dicat.

Exorcizo vos ✕ nubes. Conjuro , ✕ & vobis
 præcipio ✕ per eum , qui populum Israel
 præcedebat ad ostendendam viam, per diem in
 columnā nubis , per etim , cuius gloria sæpè ap-
 paruit in nubibus , montemque Synai sex diebus
 nube texit , & tabernaculum testimonij opertum
 nube, impletum est gloria ejus: per eum , qui
 in vobis posuit arcum foederis sui , & de vobis
 exivit multoties vox ejus , dicens: Hic est Filius
 meus dilectus, in quo mihi bene complacui : sus-
 cepistique Iesum ab oculis Apostolorum ascen-
 dentem ad Cœlum, qui & in vos veniet ad judi-
 candum, & rapientur in vobisnubibus cœli ob-
 viam Christo beati.

Ergo per eum , qui hæc, & alia mirabilia val-
 dé

dé operatus est in vobis, præcipio, & conjuro,
ut nequaquam tempestas ad nōcumentum nos-
trum paratas retineat, sed in unitate sanctæ ✕
Crucis, quam contra vos facio, repente à vobis,
& à tota regione Christianorum auferatis, sine
Iæsione alicujus hominis, neque terræ, neque lo-
ci, neque navis: & in nomine Creatoris, & Re-
demptoris nostri, nunc in omni vi, & impetu ves-
tro eas afferte, & præcipitate in exoxis monti-
bus, in cabernis, in locis aridis, & desertis, et
in abyssis, in quibus non aratur, neque semina-
tur, nec quidpiam colligitur, neque nomen Iesu-
Christi invocatur, neque nominatur, ut dœmo-
nes rabies maledictas ibidem spumantes, eos in-
cedant fulgura de cœlo; imo in virtute ejusdem
omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu-Christi
impero, ut fugientes relinquatis nobis panem,
& aquam mellifluam, benedictam, & sanctam ad
irrigandos agros, & nemora, & viridaria, & vi-
neas, & sylvas, & prata, & oliveta nostra, ut
habeant pauperes panem, vinum, & oleum, om-
niumque generum fructus in abundantia, & satu-
ritate. Benedicat ergo vos nubes Deus ✕ Pater,
Benedicat vos ✕ Filius. Benedicat vos Spiritus
 ✕ Sanctus. Circundet vos Deus ✕ Pater:
Circundet vos ✕ Filius. Circundet vos Spiritus
 ✕ Sanctus. Ante vos sit Deus ✕ Pater. Ante vos
sit ✕ Filius. Ante vos sit Spiritus ✕ Sanctus. Post
vos sit Deus ✕ Pater. Post vos sit ✕ Filius, & post

vos sit Spiritus † Sanctus. Sanctificet tandem
vos Deus † Pater. Sanctificet vos Deus † Filius,
Sanctificet vos, & Spiritus † Sanctus. Amen.

Sacerdos aspergat aqua benedicta in modum Crucis.

Cap. 7. Lectio libri Apocalipsis beati Ioannis Apostoli. Post hoc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent super terram, neque super mare, neque in ullam arborem. Et vidi alterum Angelum ascendentem ab ortu Solis, habentem signum Dei vivi, & clamavit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ, & mari, dicens: Nolite nocere terræ, & mari, neque arboribus, quo ad usque signemus servos Dei nostri in frontibus eorum.

Tu autem Domine, miserere nobis.

R. Deo gratias.

Sequentia Sancti Evangelij secundum Matth.

Matth. 14. In illo tempore: vesperé autem factō solus (Iesus) erat ibi, nabicula autem in medio maris jaetabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis venit ad eos ambulans super mare, & videntes eum super mare ambularem turbati sunt, dicentes: Quia phantasma est: & præ timore clamaverunt, statimque Iesus loquutus est eis, dicens Habete fidaciam, ego sum, nolite timere. Respondens autem Petrus, dixit: Domine, si tu es, jube me ad te venire super aquas, at ipse ait: Veni. Et des-

ēendens Petrus de navicula , ambulabat super aquam , ut veniret ad Iesum. Videns vero ventum validum timuit: & cum cœpisset mergi, clamavit , dicens: Domine, salvum me fac. Et continuo Iesus extendens manum , apprehendit eum , & ait illi: Medice fidei , quare dubitasti? Et cuī ascendisset in naviculam , cessavit ventus. Qui autem in navicula erant , veneruntur, & adoraverunt eum dicentes: Verè Filius Dei es.

R. Laus tibi Christi.

Per Evangelica dicta impediantur , & dissipentur omnia diabolica facta. R. Amen.

Conjuratio aeris.

Exorcizo ✕ te aer. Conjurō , ✕ & precipio per eum, per quem purificatus extitisti, dum in forma Columbae superlesum-Christum descenderes: & dum ipsem et Iesus-Christus in aere super lignum ✕ Crucis levaretur : per eum , per quem sanctificatus fuisti, dum coimbatibus Angelorum exercitibus , & Beatorum , ad coelos ascenderet , & per eos , per quos in te multoties apparentes, pretiosa Domini nuntiaverunt. Ergo per eum, &c. *ut supra.*

Alia conjuratio aeris.

O Angeli tartarei, qui in hoc caliginoso aere habitatis detrusi, ubi repercusio radiorum Solis pertingere non potest, sed in continua obscuritate pœnantes, tonitrua, grandines, nubes, fulgura, pruinam, & tempestates diversas movetis. In

no-

nominis Sanctissimae Trinitatis, Patris, + et Filiij, + et Spiritus Sancti, + vos conjuro + fugo + et præcipio, ut rabies vestras malædictas, et tempestates has, sive per maleficiorum incantationes sint, sive a sola vestra iniquitate, et invidia, sine alicujus nocimento, a nobis, et a tota regione Christianorum auferatis, sicut pulvis, et folia ante faciem venti; et sicut lanugo, et stipula, quæ a vento rapitur: et eò modo, quo, ascende Iesu Christo ad cœlos, confusi, præcipites fugistis, et eas præcipitatis in saxosis montibus, in cavernis, et locis aridis, et desertis, et in abyssis, in quibus non aratur, nec seminatur, nec quidpiam colligitur, nec nomen Iesu-Christi invocatur, nec nominatur, ut rabies vestras malædictas ibidem spumantes vos, incedant fulgura de cœlo. Imò in virtute ejusdem omnipotentis Dei, et Domini nostri Iesu-Christi impero, ut fugientes relinquatis nobis imbre, et aquam mellifluam benedictam, et sanctam ad rigandos agros, et nemora, et viridaria, et vineas, et sylvas, et prata, et oliveta nostra, ut habeant pauperes panem, vinum, et oleum, omniumque generum fructus in abundantia, & saturitate, et hoc totum præcipio strictissime, in virtute sanctæ obedientiæ, ac excommunicationis majoris poenæ latæ sententiæ, ac sub poena annorum centum mille de poena accidentalí, illico incurrenda casu inobedientiæ.

Conjuratio ventorum.

Exorcizo **¶** vos, venti favoraviles. Conjurro, **¶** & præcipio **¶** per eum, qui producit ventum de thesauris suis : per eum, qui locustas per te levavit in Ægypto : per eum, qui flante vento vehementi, & uterū tota nocte, vertit marre in sicum : per eum, qui fecit quasi ventum roris flantem in medio fornacis, & liberavit Azariam, & socios suos: per eum, cui obediunt marre, & venti : per eum, qui cum ascendisset in naviculam, cessavit ventus contrarius, & facta est tranquilitas magna. Ergo per eum, &c.

Deinde sequatur.

Fugite ergo, nam impero vobis per unitatem essentiae Dei, **¶** per æqualitatem personarum Dei, **¶** per immensitatem Dei, **¶** per incommutabilitatem Dei, **¶** per incomprehensibilitatem, **¶** per infinitatem Dei, **¶** per immutabilitatem Dei, **¶** per simplicitatem Dei, per excellentiam Dei, **¶** per bonitatem Dei, **¶** per notionem Dei, **¶** per ineffabilitatem Dei, **¶** per clementiam Dei, **¶** per charitatem Dei, **¶** per amorem Dei, **¶** per potentiam Dei, **¶** per sapientiam Dei, **¶** per virtutem miraculorum Dei, **¶** per scientiam Dei, **¶** per voluntatem Dei, **¶** per iustitiam Dei, **¶** per misericordiam Dei, **¶** per splendorem Dei, **¶** & per majestatem Dei, ut rabies vestras, &c. ut supra.

Conjurro **¶** vos, Angeli nigerrimi, & fugo, **¶**

Conjurro **¶** vos, Angeli nigerrimi, & fugo, **¶** per

per Incarnationem Domini nostri Iesu-Christi, X per adventum ejus, X per Nativitatem ejus, X per baptismum ejus, X per sanctum jejunium ejus, X per prædicationes, & miracula ejus, X per columnam, ad quam fuit ligatus, & flagellatus, X per spineam coronam, clavos, & lanceam ejus, X per Crucem, & acerbissimam passionem ejus, X per testamentum, in quo Discipulum Matris, & Matrem Discipulo commendavit, X per emissionem Spiritus ejus, X per sepulturam ejus, X per descensionem ejus ad inferos, & expoliationem inferni, X per Resurrectionem sanctissimam ejus, X per admirabilem Ascensionem ejus, X per missionem Spiritus Sancti in Discipulos, X per adventum ejus in die iudicij, X ut rabies vestras, &c. *ut supra.*

Conjuro vos, Angeli præcipitati, fugo
 \dagger per Annunciationem, & conceptionem beatæ Virginis MARIÆ, \dagger per Nativitatem, & Præsentationem ejus, \dagger per Assumptionem ejus super Choros Angelorum, \dagger per cœlestem Hierarchiam superiorum, medium, & inferiorem, \dagger per Seraphim considerantes Dei bonitatem, in quibus Deus amat ut Charitas: per Cherubim considerantes Dei veritatem, in quibus Deus noscit ut veritas: per Thronos considerantes Dei æquitatem, in quibus Deus sedet ut Æquitas: \dagger per Dominationes Angelorum officia regentes, in quibus Deus dominatur ut Majestas: per

¶ per Principatus Populorum Capitibus præsidentes , in quibus Deus agit ut Principatus: ¶ per Potestates vires dœmonum coercentes , in quibus Deus tuetur ut Salus : ¶ per virtutes , quibus miraculorum operatio pertinet , in quibus Deus operatur ut Virtus: ¶ Per Archangelos majorum negotiorum operantes , in quibus Deus revelat ut Lux : ¶ per Angelos humanæ custodiæ sollicitos, in quibus Deus mittitur Spirans : ¶ per Apostolorum sonum , quod in universum ad conversionem gentium exivit : ¶ per constantiam Martyrum, & pereorum sanguinem in acerbissimis passionibus fusum , de quo ornata est sancta Hierusalém : † per fidem , hospitalitatem , benignitatem , sobrietatem , sanitatem , & continentiam sanctorum Confessorum : ¶ per sanctas Virgines , quæ secum oleum habentes intraverunt cum Sponso suo Christo ad nuptias cœlestes: ¶ per omnes Sanctos Dei , quorum vitæ cursus nihil aliud fuit quam unus cum vigili hoste confictus , qui gubernaculum fidei utiliter , & scutum timoris Dei infatigabiliter tenuerunt: ita ut anchora spei navem plenam cœlesribus divitijs , & æternis mercibus , in optato littore collocaverunt. Ut rabies vestras , &c. ut supra.

Hic per actis, Crucem contra tempestates tenens, dicat

Fugo vos per hoc signum sanctæ Crucis in nomine Dei Patris: ¶ extermino vos per Crucem admirabile signum in nomine Dei Filii: ¶

dissipo vos per Crucem , signum æternæ confus-
sionis vestræ , in nomine Dei Spiritus † Sancti:
disperdo vos per Crucem,in qua fides nostra con-
sistit in nomine Patris: † destruo vos per Crucem
toreular, quo sanguis Christi exprimitur , in no-
mene Filij † annihilo vos per Crucem, triumphum
redemptionis nostræ in nomine Spiritus † Sancti:
consumo vos per Crucem clavum Paradisi , in
nomine Patris: † confundo vos per Crucem , in
qua pretium nostrum pependit , & regnum , in
nomine Filij: † irrumpo vos per Crucem mor-
sum Sathanæ , & Angelorum ejus , in nomine
Spiritus Sancti : liquefacio per Crucem perpe-
tuum Scutum Christianorum in nomine Patris: †
persequor vos per Crucem fugatricem diabolo-
rum , in nomine Filij † resolvo vos in aquam
per Crucem maledictorum perditionem in no-
mene Spiritus Sancti. † Amen.

*Immediatè Exorcista flectens genus cum omnibus
stantibus , si nondum aquieverit tempestas , dicat*

Litanias sequentes.

L I T A N I Ā.

| | |
|------------------------|-----------------------|
| K Yrie eleyson. | Filij Redemptor mundi |
| K Christe eleyson. | Deus. Miserere nob. |
| Kyrie eleyson. | Spiritus Sancte Deus. |
| Christe audi nos. | Miserere nobis. |
| Christe exaudi nos. | Sancta Trinitas unus |
| Pater de Coelis Deus , | Deus. Miserere nob. |
| Miserere nobis. | Sancta MARIA , ora |
| | Sancti |

| | | | |
|--------------------------|------|-------------------------|-----------------------|
| Sancta Del Genitrix, or. | ora. | Sancte Marce, | ora, |
| Sancta Virgo virginum. | ora. | Omnis Sancti Apostoli, | & Evangelistæ, orate. |
| Sanctæ Michaél, | ora. | Omnis Sancti Discipu- | li Domini, orate. |
| Sancte Gabrièl, | ora. | Omnes Sancti Innocen- | tes, orate. |
| Sancte Raphaél, | ora. | Sancte Stephane, ora. | |
| Omnes Sancti Angeli, | | Sancte Laurenti, ora. | |
| & Archangeli, orate. | | sancte Vicenti, ora. | |
| Omnes Sancti Beatorum | | sancte Fabiane, & se- | |
| Spiritum Ordines, or. | | bastiane, orate. | |
| Sancte Joannes Baptis- | | sancti Joannes, & Pau- | |
| ta, ora. | | le, orate. | |
| Omnes Sancti Patriar- | | sancti Cosma, & Damia- | |
| chæ, & Prophetæ, orate. | | ne, orate. | |
| Sancte Petre, ora. | | sancti Gervasi, & Pro- | |
| Sancte Paule, ora. | | tasi, orate. | |
| Sancte Andrea, ora. | | Omnes sancti Marty- | |
| Sancte Jacobe, ora. | | res, orate. | |
| Sancte Joannes, ora. | | sancte silvester, ora. | |
| Sancte Thoma, ora. | | sancte Gregorij, ora. | |
| Sancte Iacobe, ora. | | sancte Ambrosi, ora. | |
| Sancte Philipe, ora. | | sancte Augustine, ora. | |
| Sancte Bartholomæ, ora. | | sancte Hieronyme, ora. | |
| Sancte Mathæc, ora. | | sancte Martine, ora. | |
| Sanctæ Simon, ora. | | sancte Nicolaæ, ora. | |
| Sancte Thadæe, ora. | | Omnes sancti Pontifices | |
| Sanctæ Mathia, ora. | | & Confessores, orate. | |
| Sancte Barnaba, ora. | | | |
| Sancte Luca, ora. | | | |

Omnes Sancti Doctores, orare pro nobis.
Sancte Antoni, ora.
Sancte Benedicte, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, ora.
Sancte Francisci, ora.
Omnes Sancti Sacerdotes, & Levitæ, orate.
Omnes Sancti Monaci,
 & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora pro nobis.
Sancta Agata, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes. ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastasia, ora.
Omnes Sanctæ Virgines, & Vidiæ, orate.
Omnes Sancti, & Sanctæ Dei intercedite
 pro nobis.
Propitius esto, parce
 nobis Domine.
Propitius esto, exaudi
 nos Domine.
Ab omni malo, libera
 nos, Domine.

Ab omni peccato, lib,
 Ab ira tua, lib,
 A subitanæ, & impro-
 visa morte. liber.
 Ab insidijs diaboli, lib.
 Ab ira, & odio, & om-
 ni mala voluntate, lib,
 A spiritu fornicationis,
 lib,
 A fulgure, & tempesta-
 te, lib,
 A morte perpetua, lib.
 Per Mysterium sanctæ
 Incarnationis tuæ, lib.
 Per Advent. tuum, lib.
 Per Nativitatem tuam,
 lib.
 Per Baptism. & Sanct.
 Ieiunium tuum, lib,
 Per Crucem, & Passio-
 nem tuam, lib.
 Per mortem, & sepul-
 turam tuam, lib.
 Per sanctam Resurrec-
 tionem tuam, lib.
 Per admirabilem Ascē-
 sionem tuam, libera-
 Per Adventum Spiritus
 Sancti Paracliti, lib.
 In

In die iuditij, lib.
Peccatores, te roga-
mus audi nos.

Ut nobis parcas, te ro-
gamus audi nos.

Ut nobis indulgeas, te ro-
gamus audi nos.

Ut ad veram pœnitentia-
tiam nos producere
digneris, te rogamus.

Ut Ecclesiam tuam Säc-
tam regere, & conser-
vare digneris, te rog.

Ut Domum Apostolicam
& omnes Ecclesiasti-
cos Ordines in sancta
Religione conservare
digneris, te rogamus.

Ut inimicos sanctæ Ec-
clesiæ humiliare dig-
neris, te rogamus.

Ut Regibus, & Princi-
pibus Christianis pa-
cem, & veram concor-
diam donare digneris,
te rogamus audi nos.

Ut cuncto Populo Chris-
tiano pacem, & uni-
tatem largiri digne-
ris, te rogamus.

Ut nos metipsos in tuo
sancto servicio con-
fortare, & conserva-
re digneris, te rog.

Ut mentes nostras ad
cœlestia desideria
erigas, te rogamus.

Ut omnibus benefacto-
ribus nostris sempi-
terna bona retribuas,
te rogamus, audi nos.

Ut animas nostras, fra-
trum, propinquorum,
& benefactorum nos-
trum ab æterna dam-
natione eripias, te rog.

Ut fructus terræ dare,
& conservare digne-
ris, te rogamus.

Ut omnibus fidelibus
defunctis requiem
æternam donare dig-
neris, te rogamus.

Ut nos exaudire digne-
ris, te rogamus.

Filij Dei, te rogamus.

Agnus Dei, qui tollis
peccata mundi, par-
ce nobis Domine.

Agnus Dei, qui tollis
peccata mundi. Ex-
audi nos, Domine.

Agnus Dei, qui tollis
peccata mundi. Mis.
Christe, audi nos. Chris-

*Surgens Exorcista, estando facie conversa ad nu-
bes, Deum exoret modo sequenti.*

Vers. Domine, exaudi orationem meam,

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Disperde illos in virtute tua.

Resp. Et depone eos, protector meus Domine.

Oratio.

Quomodo O nobilissima infinitæ Majestati na-
duæ divine tūra divina, omnium entium una cau-
producantur sa, & summè simplex essendi : non
Personæ. excludens nihil ominis trium Personarum
pluralitatem, cum sis omnium potentissima,
sapientissima, & optima; potes, scis, & vis ab
æterno, Patrem alteri suæ Majestatis plenitudi-
nem dare, Filium sibi æqualem generans, qui
cum Patre amoris spirat Spiritum cum eodem
Patre, & Filio factorem, & creatorem visibi-
lium omnium, & invisibilium. Quæso, ne hanc
tempestatem in diabolicam tentationem indicas,
sed totæ misericordiæ tuæ dignare conspergere,
Etsicùt fecisti mirabilia in terra Cham, persecutio-
nem in Ægypto ab homine usque ad pecus, &
terribilia in mari rubro ; ita hos à te malèdictos

te exaudi nos. Kyrie
eleysion. Christe eleysō.
Kyrie eleysō. Paternos-
ter. v. Et ne nos indu-
cas in temptationē. R. Sed
libera nos à malo.

dæmones expelle à terminis nostris , terribil confusione in laqueum interitùs præcipita, ut demergat illos tempestas aquæ, absorbeatque profundum, & urgeat super eos puteos os suum, pavent nomen tuum admirabile ; fugiant & procul recedant, ut nos , & oves pascuæ tuæ , cum terminis nostris , à diabolica tyranide liberari , exultemus nomini sancto tuo , & in Psalmis jubilemus tibi, dicentes: Benedictus Dominus , qui non dedit nos in captionem dentibus eorum, sed anima nostra erepta est de laqueo venantium , laqueus contritus est , & nos liberati sumus. Per Dominum nostrum Iesum-Christum, qui propria virtute diabolum sibi superbū rebellem calcat & cum eodem Patre, & Spiritu Sancto , vivit, & regnat in unitate ineffabilis suæ Majestatis essentiæ in sæcula sæculorum. Amen.

Exorcismus.

Audite, aspides tartarei, de quibus dictum est: Panis illius vertetur in fel aspidum: exorcizo vos iterum, atque iterum, cujusecumque ordinis, sive generis sitis, ignei , aeris, terrei, aquæ & subterranei, sive de majoribus, sive de minoribus; quatenus nullam moram facientes , ab his terminis, pratis , vineis hortis , olivetis , segetibus , quæ invadire temerè præsumitis , illicò renuentes discedatis, neque non fraude quacumque deposita , omne maleficiorum genus extinguiatis, & penitus dissipetis, atque si qua sunt mate-

teralia beneficia , completissimē extrahat is per illud nobillissimum esse , cujus nihil extra ipsum est: neque enim quidquam de eo prætere. *Esse Dei* ritum, aut venturum est, sed simūl totū *qualis* præsentialiter manens, soli Deo convesit? nit; David , divino numine ducto , sic *Psal. 99.* aliquando decantātē. *Prius quam montes fierent , aut formarētur terra & orbis , a seculo , & usque in sæculum tu es Deus.*

Præcipio tibi lupo rapienti prædam, & exorcizo, ut ab hoc termino recedas, nullam malitiam inferendo , per simplicissimam unitatem Dei , quæ nihil habet in se , nisi se ; & unitatis creatæ similitudinem retinens , sic ut *Unitas* illa à nullo, ullo descensu, vel respectu *Dei qualis sit?* provenit , & omnis pluralitas ab ipsa successivē defluit, sic Deus à nullo est, sed omnia ab ipso sunt.

Hujus autem unitatis divinæ meminit *Ephes. 4.* Apostolus dicens: *Unus Dominus , una fides , unum baptisma.*

Unus est Cum imperio astringo te superbum, *Deus* & insipientem ad obedientiam per veritatem unius tantum principij , totius rector. *universi Creatoris , & Rectoris , Apostolo declamante , qui ait : Unus Deus , & Pater omnium , qui est super omnia.* Cum non sit bona pluralitas principium: ideo sicut unus solus Deus principio

piò creavit cœlum , & terram. sic illi de omnibus cura sempér fuit.

Audite reptilia de quibus dictum est:

Ps. 103. Illuc reptilia, quorum non est numerus,

Quare Conjuro vos, ut fugiatis ab hoc loco

duæ Per- cum omni rabie vestra , per æternum

sonæ di- Deum Patrem lumenum , quæ necessè

vinae est Patrem esse , ne in illo generandi

produ- principium existens sit otiosum. Qua-

cantur? propter ineffabilité semper generat, &

Ps. 109. sic Pater est : in cuius nomine David

ait: Ex utero ante Luciferum genui te.

Fortius ac strictissime constringo te ad obe-

dientiam per Deum , qui (quoniā inter omnes

emanationes perfectissima est generatio) à Pa-

tre generatione emanat : & cum Pater sit omnis

copiosissimus Deitatis , & bonitatis filius , perso-

na quæ est Filius , æterna generatione

efluit ab ipso. Cujus declamator Isaias

Isai. 53. ait: Generationem ejus quis enarravit?

Exorcizo te colubrum tortuosum, ut

recedas in eodem instanti à termino nostro per

Deum Spiritum Sanctum , à Patre , Filioque per

modum voluntatis procedentem , ipse namquæ

Spiritus Sanctus utiusque amor est: Pater enim,

& Filius diligunt se amore ab eis procedente ,

qui Pater non est , neque Filius , nec accidens ,

sed tertia necessariò persona , de qua

August. sanctus Augustinus ait: Et ineffabilis qui-

dam

*dam complexus illa Trinitate non genitus, sed Genitoris, Gentisque suavitas, ingenti largitate perfun-
dens omnes creatureas, pro captu earum.*

Audite, baculi impiorum, de quibus
Isai. 14. dictum est: *Contrivit Dominus baculum
impiorum.* Adjuro vos, ut relinquatis,
Leo Pap. quod vestrum non est, per Sanctissimam
 Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum sanctum, unum Deum Omnipotentem, unius essentiae: & potestatis.

Rom. 11. Quam confitemur: Apostolus cum dixit:

*Ex quo omnia, per quem omnia, & in
quo omnia, ipsi gloria in secula seculorum. Amen.*
Vestigium Adjuro vos, ianuae tenebrosae per vesti-
Trinitatis relu- gium beatissimae Trinitatis in creatis,
cet in & praesertim anima rationali lucens,
creatibus. quae memoria, intellectu, & voluntate
 viget: in memoria autem Pater ostenditur, in intellectu Filius, & in voluntate spiritus
 sanctus. Et sicut memoria, intellectus, & voluntatis una est anima, ita Patris, & Filii, & spiritus
 sancti una est divinitas, aequalis gloria, coetera
 majestas.

Adjuro vos viriliter, & cum magno imperio,
 & anatematizo aves mordentes, & montes super-
 biæ, per trium divininarum Personarum aequali-
 tatem, virtutis in posse, durationis æternæ, im-
 mensitatis, & similium in Deo possibilium: est
 enim in beatissima Trinitate in omnibus aqua-
 litas

itas talis, & tanta, quod ut Sanctus Augustinus
ait: nec est majus aliquid, vel duo, vel omnes,
quam unus; nec majus aliquid omnes, quam unus;
nec majus aliquid omnes, quam singuli: per
haec compello vos exire, & anathematizo, ut
citò exeat is à terminis nostris, in nomine Patris,
& Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

*Exorcismus tertius validissimus ex aëribus vite
gloriosæ Virginis MARIAE.*

Deus, ✕ in adjutorium meum intende.
Domine, ✕ ad adjuvandum me festina.
Gloria Patri, & Filio, & Spiritu sancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & sempér, &
in sæcula sæculorum. Amen. Alleluya.
Domine, exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.
Dominus vobiscum.
Et cum spiritu tuo.

Oremus.

Dicta no- Domine Deus, qui ut charitas amas,
tablia de ut veritas noscias, ut æquitas sedes, ut
Deo. majestas dominaris, ut Princeps reg-
nas, ut salus mederis, & ut lux revelas,
delicta juventutis peccatoris, & ignorantias ejus
ne memineris, sed nobis misericordiam tua-
con ede, quam justé potentibus dàre consuevjs-
ti, Misericordiam tuam, Domine, petimas á te,
quia

quia nolumus ignem rigare, aquam utere, acrem germinare, vel terram spirare, nec quidquam contrariam operationem suæ naturæ facere, nec causam remotam à tuo naturali effectu omittere, neque tandem à te, quod sit suæ naturæ contrarium petere. Miserere itaque, miserere, & hanc tempestatem digneris eripere. Nunquid enim bonum tibi videtur, si calumnieris, & oprimas hoc opus manum tuarum, & consilium impiorum adiuves? Ecce enim quoniam iam inimici tui sonuerunt, & qui oderunt te, exulterunt caput super eam, malignaverunt consilium, & cogitaverunt adversus eam. Sed tu, Domine, ita furoris turba eos, ut confundantur, & hinc abire festinent, ut cognoscant, quia nomen tibi Deus: quando autem sic, propter tuam erga nos clementiam contusi fuerint fugient. Quis enim resistit tuæ volantati? Nos vero nunc exultabimus, & jubilabimus tibi. Laudabimus te, Domine, in virtutibus tuis, & secundum multitudinem magnitudinis tuæ. Laudabimus te in sono tubæ, in choro cordis, & organo, summemus Psalmum, dabimus tympanum, Psalterium iucundum cum cithara, gloriam dantes nomini sancto tuo, cui semper fuit, & erit honor, & gloria potestas, & iuperium, per cuncta semper sœcula. Amen.

Oremus.

¶ **S**ola sperantium omnium spes, Maria Regina

næ

in Cœlorum, & tribulationum pijssima conso-
latrix, propter illas, te præcamur angustias, quas
in acerbissima passione, & ignominioso Crucis
patibulo dulcissimi Filij tui sustulisti: quatenus
nobis subvenias, expellendo has tempestates à
terminis nostris, per filium tuum dulcissimum
Iesum-Christum Dominum nostrum. Amen.

Postea Exorcista, flexis genibus, leget Litanias
Beatæ Mariæ, prout sequatur.

| | |
|--|--------------------------|
| K Yrie eleyson. | Mater intemerata, ora. |
| K Christe eleyson. | Mater amabilis, ora. |
| Kyrie eleison. Christe audi nos. Christe exaud. | Mater admirabilis, ora. |
| Pater de Cœlis Deus, Miserere nobis. | Mater Creatoris, ora. |
| Filij Redemptor mundi Deus. Miserere nob. | Mater Salvatoris, ora. |
| Spiritus Sancte Deus. Miserere nobis. | Virgo prudentissim. ora. |
| Sancta Trinitas unus Deus. Miserere nob. | Virgo veneranda, ora. |
| Sancta MARIA, ora. | Virgo prædicanda, ora. |
| Sancta Dei Genitrix, ora. | Virgo potens, ora. |
| Sancta Virgo Virg. ora. | Virgo clemens, ora. |
| Mater Christi, ora. | Virgo fidelis, ora. |
| Mater Divinæ grat. ora. | Speculum justitiæ, ora. |
| Mater purissima, ora. | Sedes Sapientiæ, ora. |
| Mater ca-tissima, ora. | Causa nostræ lætit. ora. |
| Mater inviolata, ora. | Vas spirituale, ora. |
| | Vas honorabile, ora. |
| | Vas insigne devot. ora. |
| | Rosa Mystica, ora. |
| | Turris Davidica, ora. |
| | Turris Eburnea, ora. |
| | Do |

| | | |
|---|------|---------------------------|
| Domus Aurea, | ora. | peccata mundi , par- |
| Fœderis Arca, | ora. | ce nobis Domine. |
| Ianua Cœli, | ora. | Agnus Dei , qui tollis |
| Stella matutina, | ora. | peccata mundi, exau- |
| Salus infirmorum, | ora. | di nos, Domine. |
| Refugium peccatorū. | or. | Agnus Dei , qui tollis |
| Consolatrix aſlict. | ora. | peccata mundi, misere- |
| Auxilium Christiano- | | re nobis. |
| rum, ora pro nobis. | | Christe, audi nos. Chris- |
| Regina Angelorum. | or. | te exaudi nos. Kyrie |
| Regina Patriarch. | ora. | eleysion. Christe cley- |
| Regina Prophet. | ora. | son. |
| Regina Apostolor. | ora. | ¶. Ora pro nobis Sanc- |
| Regina Martyrum. | ora. | ta Dei Genitrix. |
| Regina Confessor. | ora. | R. Ut digni efficiam.&c. |
| Regina Virginum, | ora. | ¶. Domine exaudi ora- |
| Regina Sanctorum om- | | tionem meam. |
| nium, | ora. | R. Et clamor meus ad |
| Agnus Dei , qui tollis | | te veniat. |
| Nunc verò Exorcista surgens, stando facie conver- | | |
| sa ad nubes dicat. | | |

O R A T I O.

Concede nos famulos tuos, quæsumus, Domi-
ne Deus, perpetua mentis, & corporis sani-
tate gaudere, & gloria beatæ Mariæ sempér
Virginis intercessione, a præsenti liberari tristitia,
& æterna perfungi lætitia. Per Christum Domi-
num nostrum. R. Amen.

Deus, qui salutis æternæ Beatae Mariæ Virgi-
niæ

nitate fœcunda humano generi præmia præstitis.
ti; triube quæsumus, ut ipsam pro nobis interce-
dere sentiamus, per quam meruimus Auctorem
vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum-Chris-
tum , &c. Amen.

Oratio.

O Maria Virgo, quæ contrivisti caput serpen-
tis , fugatrix dœmonum , & maleficorum
dissipatrix , neque hæc creatura ad imaginem , &
similitudinem Filij tui creata, ulterius crucietur;
sucurre , & præces nostras, quas auribus tuæ pie-
tatis , & misericordiaæ offerimus, exaudi, ut de-
sideratam sanitatem tuo pro interventu obtineat,
largiente Iesu-Christo Filio tuo crucifixo , reg-
nante in sæcula sæculorum. *Resp. Amen.*

*Sur gens Exorcista ab oratione asperget aqua bene-
dicta in modum Crucis, & elebatis oculis, dicat.*

Sub tuum præsidium configimus, Sancta Dei
Genitrix , nostras deprecationes , ne despicias, &
concede, ut, te adjuvante , de hoc superbo hos-
te victoriam referamus.

Sequentia Sancti Evangelij secundum Lucam.

Luc. I. Exurgens autem Maria in diebus illis,
abijt in montanæ cum festinatione in
Civitatem Iudæ , & intravit in domum Zacariæ,
& salutavit Elisabeth. Et factum est , ut audivit
salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit Infans
in utero ejus , & repleta est Spiritu Sancto
Elisabeth , & exclamavit voce magna , & dixit:

Benedictus tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui: Et unde hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim, ut facta est vos salutationis tuae in auribus meis, exultavit in gaudio Infans in utero meo, & beata, quae credidisti, quoniam perficiuntur ei ea, quae dicta sunt tibi a Domino. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, & exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna, qui potens est, & sanctum nomen ejus. Et misericordia ejus a progenie in progenies timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo, dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltavit humiles. Exurientes implevit bonis, & divites dimisit inanes. Suscepit Israël puerum suum, recordatus misericordiae suæ. Sicut locutus est ad patres nostros, Abraham, & semini ejus in saecula. Mansit autem Maria cum illa, quasi mensibus tribus, & reversa est in domum suam.
Resp. Laus tibi Christe.

Per Evangelica dicta extinguatur omnis virtus diabolica, omnisque tempestas.

Exorcismus.

Illa Mater Dei intemerata semper Virgo Maria vos exorcizat, sibilatores venenorum, & vermes mendaciorum, quam Dominus omnipotens, in esse cognito, & volito, possedit in initio via-

vilarum suarum , antequam quidquam ficeret à principio , & ab æterno ordinata est ab ipso , & antequam terra fieret : illa ergò ipsa vos , ò virginitatis hostes , exorcizat , ut suo unigenito Filio , & Domino nostro Jesu-Christo locum dentis , taliter , quod relinquatis tempestatem istam , qua temeré presumitis invadere , ad omne maleficiarum genus , si necessè fuerit , solventes , & extramittentes diripiatis.

Illa Mater Dei vos exorcizat draconum *Maria* dentes , faucesque sœtidissimæ , quæ in *Virgo* in opere sex dierum mysticè declaratur : opere sex videlicet , in luce prima die creata , quia dierum ex ea ortus est Sol Iustitiae in firmamē creationis to secunda die facto : quia est medians significata inter Angelicas , & humanas , cum Anfuit . gelis puritatem habens , & cum hominibus naturam : in aquis tertia die congregatis ; quia in ipsa omnis se infundit plenitudo gratiæ : in Luna cum Sole , quæ ab ipso lumen recepit in quarta dies ; quia splendorem innocenciacē a Sole Christo accepit : in benedictione creaturis quinta die collocata ; quia in semine suo benedicuntur omnes gentes : & in terra , ex qua fuit homo formatus sexta die ; quia ipsa est terra de quæ dictum est : *Aperiatur terra , & germinet Salvatorem.*

Illa vos exorcizat blasphematores sanctissimi dominis , & in Cruce sancta illaqueati , quæ or-

Maria tum ex semine Abrahæ , clara extirpe David , in initio suæ Conceptionis sine macula traxit ; ipsam enim Deus immaculatam elegit , & omni præservativa gratia præelegit, ideo quidquid
Virgo cursus , circa ipsam gestum est , totum puritas,
omnium & laudes. totum sanctitas, totumque gratia fuit ,
Actuum & idem post Filium suum omnibus sanctior , nec
Vita dis- in ipsa ulla culpa , vel peccatum fuit.
cursus,

August. Illa vobis suis meritis contravenit, ó
Cypr. omnium scelerum immundissima hos-
 pitia , quæ antiqui serpentis venenosis
 aflatibus non infecta, candoris, & deco-
 ris extitit forma, & ideo sicut in prima fœmina
 abundavit delictum, ita in ipsa abundavit omnia
 plenitudo gratiæ.

August. Illa vobis auferat malitiam vestram
 jactandi super terminos nostros omne
 genus tempestatis, & grandinis, suisque
 meritis contraveniat, cuius partus extitit salutis
 exordium , & gaudium annunciat in universo
 mundo, ipsa est enim flos campi , de qua ortum
 est pretiosum lilyum convalium, per cuius partum
 mutatur natura protoplastarum , & deletur cul-
 pa: ex ea enim ortus est Sol Justitiae Christus
 Deus noster , qui solvens maledictionem , dedit
 benedictionem ; & confundens mortem , dona-
 vit nobis vitam sempiternam.

Maria. Illa vos fugere decernit , ó filij perdi-
 tio-

Virgo tione, quæ figurativæ declaratur in
figurata throno Salomonis, in Virga Aaron flo-
fuit. rida, in cisterna Ioseph, in petra deser-
ti, in nube Levi, in rubo Moysi, in thalamo
Sponsi, in cypriesso exaltata, in 'oliva pullulan-
te, in thure æstate redolente, in scala Jacob, in
multis alijs.

Maria Illa vos, impenitentes, atque inobedien-
Virgo tes peccatores obedientiæ sacerdotali
Prophe- subjugat, de qua prophæticæ dictum est
ta fuit. Novum faciet Dominus super terram,
fœmina circumdabit virum. Et alibi : Ecce Virgo
concipiet, & pariet Filium, & vocabitur nomen
eius Emmanuel. Et alibi : Vidi in domo Domini
clausam, & dixit Angelus ad me: Porta hæc, quam
vides, non aperietur, & homo non transibit per
eam, quoniam Dominus solus intrat, & egredietur
per eam, & clausa erit in æternum.

Illa vos, prædones pestiferi, & excomunica-
ti in puteo inferni, exorcizat, quæ Templum Dei
animatum dicitur : Dominus Domini; Arca de-
lignis Setim; Sedes timoris Domini; Vas ornatum
omni lapide pretioso; Fons aquarum viventium;
Virgula fumi ex aromatibus Speculum sine ma-
cula; Venter incognitus; Virgo veneranda;
Mater misericordiae; sicut tabernacula Cedat;
Lilium in transitu aquæ; Consolatio dessola-
torum; Spes mortalium; Refugium viven-
tium; Protectio morientium; Advocata omnium.

Luc. 15. Illa beatissima Virgo vos exorcizat custodes procorum, & cubicularios Sathanæ, ut non habeatis potestatem expellendi malitiam vestram super terminos nostros, cui missus est Angelus Gabriel a Deo in Civitatem Galileæ, cui nomen Nazareth, ut salutatione præmissa insigni, conceptionem Dominicam nunciarer, dicendo: Ecce concipies in utero, & paries Filium, & vocabis nomen ejus Iesum, hic erit magnus, & Filius Altissimi vocabitur, fiet autem istud, Spiritu Sancto superveniente, & Altissimi virtute obumbrante.

Illa vos, vestramque temeritem com-
Luc. 2. temnit, cuius virginalis parrus, ut viri honoraretur consortio, Joseph justo desponsata fuit, qui cum ipsam in ventre habere cognovisset, & ignoraret; undé nolens eam traducere, voluit occulte dimittere eam, sed Angelus Domini apparuit illi in somnis, dicens: *Nolli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu Sancto est.*

Illa vos, bajuli adulterini, & cerdones cunctarum iniquitatum, vestramque superbiam calcat, quæ cum se gravidam cognovisset, exurgens abiit in montana cum festinatione in Civitatem Judæ, & intravit in domum Zacariæ, & salutavit Elisabeth, & factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth, exultavit Infans in utero ejus, & repleta est Spiritu sancto Elisabeth,

beth, & exclamavit dicens: Bene dicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui.

Beda. Illa vos, vestramque pervicariam vincit,
 ò Magistri falsitatis, quæ petiit montana,
 & festinavit invisere Elisabeth, non quasi incre-
 dula de oraculo, vel dubia de exemplo, sed ut læ-
 ta pro voto, religiosa pro officio, typicum pariter
 exemplum tribuens, quod omnis anima, quæ
 verbum Dei mente conceperit, virtutum statim
 celsa cacumina gressu descendat amoris.

Luc. 2. Illa vos, vestramque proterbiā hum-
 illiat, spiritus sparcitiae, & rustici
 tartarei, quæ novem post conceptionem decur-
 sis mensibus, dum medium silentium tenerent
 omnia. & nox in suo cursu medium iter perage-
 ret, dum pastores vigilias noctis custodirent su-
 per gregem suum, peperit Filium suum primo-
 genitum, & pannis eum involvit, & reclinavit
 in præsepio, quia non erat ei locus in diversorio.

August. Illa vos, spiritus deformi, leprosi, &
 stercorati, vestram obstinationem fran-
 git, per cuius pactum mutatur natura protro-
 plastorum, deletur culpa; præcisum est enim in
 ea illud Evæ infelicitatis elogium, quo dicitur: *In dolore paries filios:* quia ista in lætitia Domini-
 num peperit, Eva enim luxit, ista exultavit; Eva la-
 chrymas, Maria gaudium in ventre portavit, quia
 illa peccatorem, ista edidit Innocentem.

Illa vos, spiritus dominati, ubique deridendi,

vestram temeritatem spernit , quæ Virgo arte partum,in partu,& post partum stetit,sicùt enim Verbum , cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo , sed exinanivit semet ipsum, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus , & ita cum Deus esset , factus est homo: ita illa, cum Virgo esset, mater facta est , & sicùt tunc ille non divisit divinitatem , sic neque ista virginitatem : & sicùt ille Deus, & homo est, sic ista virgo , & mater existit.

Luc. 2. Illa vos, spiritus incantatores, magi, & malefici , vestram duritiem spernit, quæ , posquam impletæ sunt dies purgationis ejus, secundum legem Moysi, cum Joseph sponso spsius tulit Filium suum,& Dominum nostrum Iesum-Christum in Hierusalem , ut sisteret cum Domino , sicùt scriptum est in lege Domini,quia omne masculinum adaperiens vulvam , sanctum Domino vocabitur: & ut daret hostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turtrum , aut duos pullos columbarum.

Luc. 2. Illa vos, spiritus flagellati,& ulceribus pleni , deleti de societate Beatorum , vestram pestilentem rabiem frangit , quæ cum factus esset Jesus annorum duodecim, ascendit ad diem festum Hierosolymam;consumatoque festo, ut rediret , remansit Jesus, ipsa ignorante, in Hierusalem ; quo tandem cognito, regres-

sa est cum Ioseph quærens ipsum , & in Templo invento, dixit ei: *Fili, quid fecisti nobis sic ? Ecce Pater tuus, & ego dolentes queremus te;* & descendit cum ipsis Nazareth, & erat subditus illis.

Illa vos fugere properé facit , ò cultores sulphuris, quæ progreditur, quasi aurora consurgens, valdē rutilans, filia Sion, tota formosa , & suavis ; pulchra ut Luna, electa ut Sol, terribilis ut castrorum acies ordinata ; quam , qui creavit , requievit in tabernaculo eius , & dixit ei : *In Jacob inhabita. & in Israël hæreditare , & in electis meis mitte ridices ;* & sic in Sion firmata est , & in Civitate sanctificata similitér requievit ; & in Hierusalem potestas ejus.

Mag. 3. Illa vos, spiritus superbiae, adulatio-
dist. 2. nis, & ambitionis, fugam capere facit ;
quæ dum viveret, viatrix fuit secundum posse moveri, non secundum posse peccare ; ita enim non solum ligatus fomes fuit, sed extinctus in ipsa, quodæc leví quidem maculare mentem criminis potuit; hinc super omnes emicat Sanctos, qui, si cum hic viverent k interrogati fuisset : *Utrum sine peccato essent?* Omnes una voce responderissent: *Si dixerimus, quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est-*

Ioann. 2. Illa vos, spiritus præsumptionis , & jactantiae, detractionis, & contumeliae; exorcizat , quæ in Chana Galilee, ad nuptias, in quibus defecit vinum, dixit Filio suo: *Vinum non*

babent; deinde Ministris. Quocumque dixerint vobis, facite: & cum iussu Iesu implessent sex hydras lapideas aqua, ipsam in vinum convertit, quod cum gustasset Architriclinus, ait sponso: *Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerit, tunc id, quod detritus est: tu autem servasti bonum vinum usque adhuc.*

Illa vos, spiritus iracundiæ, injuriæ, & homicidij, ad loca vobis debita, me Ministro, deiicit corruptores bonæ mentis, quæ cum Maria Cleope, & Magdalene iuxta Crucem Iesu Filij sui stabat, quam ipse vidisset, ait illi: *Mulier ecce Filius tuus;* deinde dixit Discipulo suo Ioanni: *Eccé mater tua,* & ex illa hora accepit eam Discipulus in sua.

Illa vos, spiritus infidelitatis, & apostasiæ, crudelitatis, & discordiæ, exorcizat, & facit relinquere hanc potestatem, & omne genus grandinis, & tonitruorum, quæ cum debitum carnis morte interveniente, exolvisset, assumpta est ad æthereum thalamum, in quo Rex regnum stellato sedet solio, undé sicut olim à Patriarchis fuit ænigmatibus figurata, à Prophetis dictis prænunciata, & ab Evangelistis demonstrata, sic nunc in Cœlis ab Angelis mirificis laudibus stat collaudata.

Illa vos, spiritus curiositatis, derisionis, & vituperij, debilitat, & casat consilia vestra, quæ sicut Dominus noster Iesus-Christus, Filius ejus ad-

advocatus est apud Patrem Æternum , qui etiam interpellat pro nobis gemitibus innennarrabilibus, ita mortaliūm advocata sollicita est: succurrit enim miseris , orat pro Populo, intervenit pro Clero, intercedit pro devoto fœmineo sexu , & pro toto hominum genere.

Aetus Virg. Illaque tandem, vos spiritus avæ *Mariæ cum* ritiæ, fraudis, & rapinæ, exorcizat, *Christo con-* ò virginitatis hostes, quæ nimia *committan-* formitate cum Dominō nostro Iesu-*tiam habue-* Christo Filio ejus , in actibus vitæ *re.* suæ resplenduit : sicut enim prædes-tinatus fuit Christus in carne venturus , sic illa Christo carnem datura : figuratus fuit , & prophetatus Christus; figurata fuit ipsa, & propheta-ta; & nunciata fuit Incarnatio Verbi , non cui-cumque Virginī, sed illi.

Illa vos exorcizat omnium scelerum imma-nissima hospicia, in quam Filius Altissimi ingre-sus est , quando descendit de cœlis ; & sicut ille conceptus est in ipsa sine peccato, sic illa gratia concepta fuit sine peccato : & sicut ille sanctus natus est , sic illa exordia sumpsit sancta.

Illa vos spiritus hypocrisiæ ebrietatis , & in-obedientiæ exorcizat , o filij perditionis, quæ na-ro Christo, reclinavit in præsepio : & circuncis-sus fuit in carne ab ipsa sumpta , atque ipso na-to invenitur a Pastoribus , ubi etiam commora-
-ens illa.

Illa vos , vestramque superbiam calcat , δ conversatores infidelium , cuius Filius in ejus gremio á Magis fuit inventus , & adoratus , in Ægypto ab ipsa delatus , & inter Doctores disputans in Templum inventus .

Illa vos , spiritus sacrilegij , raptus , sodomiæ , & bestialitaris , vestram proterviam vincit , cui subditus erat Filius in Nazareth : & ipsa anuente , vinum ex aqua fecerat in China , & patienti Christo compatiebatur .

Illa vos , spiritus scandali , inquietudinis , & tripudi vestram temeritatem aspernit , ó serpentes superati , quæ stabat juxta Crucem , pendente in Cruce Christo : ex qua cum loqueretur , & ipsi loquebatur , & cui cum lancea pectus figeretur , compassionis gladio cor ejus feriebatur .

Illa vos , spiritus detractionis , & infamiae , surrationisque , exterminat , quæ sicùt , mortuo Christo , corpus ejus non divit corruptionem , sic ipsius mortuæ corpus non cognovis incinerationem : & sicut Christi corpus à quærentibus in sepulchro non invenitur , sic defuncta ipsa ipsius quæsitum minimè est repertum : atque sicut Christus resurrexit , sic & illa pié creditur , jam consurrexisse .

Illaque tandem ad loca vobis debita me Ministro , deiicit , ó spiritus vanitatiss , pertinaciæ & vagationis , quæ sicùt Christi magnificientia su-

per cœlos est elevata, ita exaltata est super Chorus Angelorum ad cœlestia regna. Et sicut ille interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus, sic illa pro nobis exorat: ille Patrem deprecatur, hæc ipsum Filium: ille ostendit vulnera, hæc ubera.

Illaque vos exorcizat, egoque cum illa præcipio vobis, ut hinc discedere festinetis; non iactando nequitiam vestram super campos, & terminos nostros, sed liberos relinquatis ab omni tempestate, grandine, & tonitruis, in nomine Iesu-Christi, euntes ad loca vobis a Deo parata, scilicet ad loca arida, invia, sterilia, & inhabitalia, ubi nec creatura aliqua rationalis apparet nec vestigia videntur, semper virginis obediendo, & Filio suo, qui potest vos destruere, & reædificare, & cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum. Amen.

Conjuro vos, teterimi inferni diaboli, & animarum raptores, per coronationem Virginis Mariæ, quæ fuit coronata duodecim privilegijs; scilicet cæcorum illuminatione, lapsarum elevatione, surdorum purgatione; afflictorum consolatione, desolatorum adjuvatione, ne in adversis roboratione, induratorum mollificatione, viæ salutis, demonstratione, in hora mortis subversione, dœnonum fugatione, contra ignem Purgatorij retrigeratione, sua præsentia tandem omnium beatorum lætificatione; & delectatione.

Con-

Conjuro vos ✕ insidiantes aspides, & maledicti colubres, de nostra salute dolentes, per triplicem coronam Virginis MARIAE: sicuti Imperatores, triplici corona, ferrea, argentea, & aurea coronantur, sic Imperatrix MARIA corona ta fuit corona ferrea, in signum fortitudinis, quia caput antiqui serpentis contrivit: corona argentea in signum puritatis, quia nihil candoris, nihil splendoris, nihil luminis, quod non resplendeat in Virgine MARIA: corona aurea, in signum superioritatis, & sufficientiae, quia tanta est MARIAE perfectio, quod vere digna fuit esse Domina monarchiae totius mundi.

Conjuro vos pabula mortis, & peccati fomites, per MARIAM cœlo crystalino assimilatam, in quo sunt aquæ, quæ super cœlos sunt, in modum crystalli solidaræ: sic cogitationes, & affectiones humanæ in MARIA fuerunt solidæ: in bono confirmatae.

Conjuro vos, temerarij, & calidi serpentes de nostra damnatione solliciti, per MARIAM, quæ dicitur Cœlum Empyreum propter ineffabilem claritatem, quia tota lucet, & splendoribus plena est, & sicut nullus locus est majoris capacitatris Cœlo Empyreo, sic MARIA fuit tantæ humilitatis, & charitatis capax, ut habitatio Dei facta sit, & Deum in utero suo portaverit, & super omnes creaturas materiales, rationales, & intellectuales collocata sit.

Con-

Conjuro vos, scabiosæ, & frementes bestiæ, ut ab his terminis recedatis, & fugiatis per Mariam montem supernæ gratiæ, & armarium omnium divitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei.

Fugo vos, fontes cunctorum vitiorum, & malorum, per Mariam principium nostri amoris, & recuperatricem perditi Orbis.

Præcipito vos, nefari, & spurcissimi spiritus, poena æterna præcipitati in barathrum per Mariam sagittam contra te serpentem antiquum, & ab æterna morte vivificatricem.

Disperdo vos, divinæ Majestatis rebeles, & superbia timidi, per Mariam pontem periculosi hujus mundani fluminis, & portinariam Paradysi.

Conjuro vos, apostatae, & æternæ maledictionis filij, ut ab his terminis fugam paretis, per Mariam lignum vitæ plantatum in medio Paradysi, præferens benedictum frutum, & per ipsam Mariam arœum foederis sempiterni, positum in nubibus coeli, ne interficiatur omnis care. Recedite ergo; & fugite, quia datum est vobis resistere æternæ Majestati, & quanto tardius obtemperabitis, tanto majus supplicium vobis crescit: date locum, maledicti, & exite ab his terminis, in nomine Sanctissimæ Trinitatis, eentes ad loca a Deo vobis parata. Amen.

Conjuro  vos, lupi rapaces rapientes prædam, per Mariam, quæ fuit Mater immaculata,

Ma-

Mater incorrupta , Mater intacta , Mater Dei unigeniti Domini regis omnium Salvatoris , & Redemptoris omnium , quam Dei Conceptus non turbat , partus non confundit auditus, quia virginitas , quidquid est humani pudoris , excusat tibi est interpres Angelus, fides pronuba, dispensatio castitas, donatio virtus , Iudex conscientia , causa Deus , conceptio integritas , virginitas partus , & Virgo Mater.

Conjuro ✠ vos , tenebrarum rectores , pleni spurcinia, dolo, & falsitate , per assumptionem Beatæ Mariæ, quæ fuit vobis dœmonibus terribilis , quia ab isto caliginoso aere , in quo habitabitis , penitus aufugistis à tám terribili societate perterriti , vulnerati á tám ineffabili iucunditate execinati a tám mirabili claritate , tremefacti à tám terribili potestate , nám facta sunt tonitrua, voces , & effectus , & lamentationes dœmonum in ipsa gloriosa Assumptione Virginis , quia tanquam tonitrum, & fulmen percusit Maria sectam dœmoniorum maledictam.

Conjuro ✠ vos, obstinatæ muscæ maledictæ exterminantes oleum suavitatis , qui statis , & resistitis, cum sciatis Christum perdere vires vestras , per ipsam coronationem Mariæ ; fuit enim amicta , & coronata triplici Sole; amoris, scilicet splendoris , & fulgoris; & duodecim Stellis: nám Seraphim mirantur , & laudant in Maria charitatem tám succensam ; & Cherubim sapientiam tám

tam profundam; Troni potestatem , & quietem
in ea sic tranquilam ; & Dominationes tantam
Mariæ super Angelos præminentiam extollunt;
Virtutes de efficacia miraculorum Virginis ; &
Potestates de tanta super dæmones potentia
mirantur ; Principatus laudant providentiam
Mariæ de omnibus regnis ; Archangeli ejus dili-
gentiam de omnibus locis ; Angeli tantam Ma-
riæ de omnibus , & singulis hominibus custo-
diam ; & Martyres in tribulatione ejus cons-
tantiam magnificant ; Confessores de tanta Vir-
ginis sobrietate , & temperantia ; Virgines vero
de tanta ipsius puritate , & munditia mirantur ;
immò omnes Angeli , & Beati ipsi Mariæ Virgi-
ni famulantur , tamquam suæ Imperatrici , An-
gelorum Choris est circundata , Archangelorum
vallata turmis , Thronorum hinc indé consept-
ta jubilationibus , Dominationum circumcincta
tripudijs , Principatum circumsepta obse-
quijs , Potestatum amplexata plausibus , Virtu-
tum gyrata honoribus , Cherubim circunstan-
tiata hymnis , Seraphim undique circumfusa inef-
fabilibus canticis , Apostolorum splendidissimus
ordo ineffabili laude illam extollit , Martyrum
exercitus supplicat Dominæ suæ , Confessorum
innumerabilis multitudo incessabile [ei personat
canticum ; per omnia supra dicta fortius vobis
præcipio , ut recedatis à terminis nostris], in no-
mine Patris , & Filij , & Spiritus Sancti. Amen.

EXORCISMUS CONTRA QUÆCUMQUE
 noxia animalia, vermes, mures, serpentes, bru-
 chum, erucam, & alia quæcumque agros, vel
 aquas extraordinariæ inficientia, &
 corruptientia.

*Exorcista veniens ad locum infectum indutus ad
 minimum stola, qua in omnibus adjurationibus uti
 debet, asperget aqua benedicta circum circa, vel se-
 cundum loci exigentiam. Deinde signans se signo
 Crucis, dicet. Vers. Adiutorium nostrum in no-
 mine Domini. Resp. Qui fecit Cœlum, &
 terram.*

*Subjunget clara voce, flexis genibus, si commo-
 ditas loci permittat, Litanias Sanctorum cum ora-
 tionibus, ut suprā habentur fol. 36. cum sequenti-
 bus orationibus.*

Oremus.

DEUS refugium nostrum, & virtus adesto
 pijs Ecclesiæ tuæ precibus Auctor ipse pie-
 tatis, & præsta, ut quod fideliter petimus, effica-
 citér consequamur. Per Dominum, &c. *Resp.*
Amen.

Oremus.

ALoco isto, quæsumus, Domine, spiritale ne-
 quitiæ, & noxia quæque recedant, & ae-
 rearum potestatum malignitas, ut præsentibus
 subsidijs sufficienter adjuti, sempererna fiducia-
 liùs peremus. *Per Dominum, &c.*

Resp. Amen.

Ore-

Oremus.

Præces nostras, quæsumus, Domine, clementer exaudi, ut qui juste pro peccatis hanc ærumnam patimur, pro tui nominis gloria, ab eadem misericorditer liberemur: ut procùl tua potentia expulsa hæc noxia animalia nulli de'co-
tero noceant, & hos agros, terras, aquas, in tran-
quilitate, & quiete dimittant, quatenus ex eis
provenientia tuæ majestati deserviant, & nostræ
necessitati, absque nocumento subveniant. Per
Dominum, &c. Amen.

*Exurgens exorcista ab oratione, versus agros, vel
aquam, leget sequentia.*

*Apocal. 9. Lectio Apocalipsis Beati Ioannis
Apostoli.*

ET quintus Angelus tuba cecinìt, & vidi stel-
lam de cœlo cecidisse in terram, & data est
ei clavis putei abyssi, & apperuit puteum abyssi:
& ascendit fumus putei sicut fumus fornacis mag-
næ, & obscuratus est Sol, & aer de fumo putei,
& de fumo putei exierunt locustæ in terram, &
data est de illis potestas, sicut habent potestatem
scorpiones terræ: & præceptum est illis, ne læde-
rent fœnum terræ, neque omne viride, neque
omne in arborem nisi tantum hominis qui non ha-
bent signum Dei in frontibus suis. Tu autem
Dominc, &c.

Sequentia sancti Evangelii secundum Lucam.

Cap. 11.

IN illo tempore, dixit Jesus Discipulis suis: Petite, & dabitur vobis, quærite, & invenietis, pulsate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit, invenit, & pulsanti apperietur. Quis autem patrem [ex] vobis petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut si petierit ovum, nunquid porriget ei scorpionem? Si ergo vos, cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris: quanto magis Pater vester de cœlo dabit spiritum bonum potentibus se? *Resp.* Laus tibi, Christe. Per Evangelica dicta deleantur nostra delicta. *Resp.* Amen.

Ex Psalm. 43.

DEUS deorum Dominus locutus est, & vocavit terram. A Solis ortu usque ad occasum, ex Sion species decoris ejus: Deus manifestè veniet, Deus noster, & non silebit.

Audi popule meus, & loquar, Israël, & testificabor tibi: Deus, Deus tuus ego sum.

Non in sacrificijs tuis arguam te holocausta auctem tua in conspectu meo sunt semper.

Non accipiam de domo tua vitiales, neque degregibus tuis hircos.

Quoniam meæ sunt omnes feræ sylvatum, jumenta in montibus, & boves.

Cog-

Cognovi omnia volatilia cœli ; & pulchritudo agri mecum est.

Si esuriero , non dicam tibi ; meus est enim Orbis terræ, & plenitudo ejus.

Numquid manducabo carnes taurorum ? Aut sanguinem hircorum potabo?

Immola Deo sacrificium laudis , & redde Altissimo vota tua.

Et invoca me in die tribulationis , eruam te , & honorificabis me.

Magnus Dominus noster , & magna virtus ejus, & sapientia ejus non est numerus,

Suscipiens mansuetos Dominus , humilians autem peccatores usque ad terram.

Præcinite Domino in confessione , psallite Deo nostro in cithara.

Qui operit cœlum nubibus , & parat terræ pluviam.

Qui producit in montibus fœnum , & herbam servituti hominum.

Qui dat iumentis escam ipsorum , & pullis corvorum invocantibus eum.

Gloria Patri , & Filio , & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio , & nunc , & semper , & in e sæcula sæculorum. Amen.

Exorcismus.

Exorcizo , & adiuro vos pestiferos vermes, per Deum Patrem omnipotentem, **X** & per Iesum

sum Christum **¶** Filium eius Dominum nostrum per Spiritum, sanctum **¶** ab utroque procedentem, ut confessim recedatis ab his campis, agris, pratis, hortis, vineis, aquis, si Dei providentia adhuc vobis vitam indulget, nec amplius in eis habitetis, sed ad illa, ac talia loca transseat, ubi nullis Dei servis nocere possitis. Vobis, si per maleficium diabolicum hic estis, pro parte divinæ Maiestatis, totius Curiæ cœlestis, necnon Ecclesiæ hic adhuc militantes, impero, ut deficiatis in vobis ipsis, ac decrescatis quantum reliquæ de vobis nullæ reperiantur, nisi ad gloriam Dei, & ad usum, & salutem humanam conducibiles: quod præstare dignetur, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Resp. Amen.

Alias Exorcismus.

ADjuro vos dœmones, per Deum Patrem omnipotentem, qui indeserto per quadraginta annos fatiavit filios Israël manna, & ex petra aquam eduxit eis ab bibendum, ut statum ab his agris, campis, vineis, pratis, hortis, aquis, omne, quod noxiū est amoveatis. Adiuro vos animalia, & quæ cumque per maleficium diaboli noxia eris hominibus, & bonis eorum, per Deum Patrem omnipotentem, & per Filium eius, & per Spiritum sanctum Paraclitum ut hinc discedatis, & nocere definatis graminibus, frugibus piscibus,

(ex-

(exprimantur, quæ nocumentum patiuntur) & dissipemini, & omnis virtus, & potestas nocendi vobis adimitatur, & interimat vos dextera Dei omnipotentis per invocationem nominis sui, & per passionem, & mortem Jesu-Christi Filij sui, & per merita beatissimæ Virginis Mariæ, & omnium Sanctorum, & Sanctorum cœlestis Curiæ. Amen.

Oratio propria super aquas infectas.

Domine Jesu-Christe, qui Jordanis flumen benedixisti, & in eodem baptizatus aquas mundasti, ut elementum salubre efficerentur in remissionem peccatorum, has quoque aquas benedicere, sanctificare, & purificare digneris, ut nihil in his noxium, nihil pestilens remaneat, nihil inficiens, aut corrumpens, sed munda omnia efficiantur, & salubria: quatenus, quæ ad usum humanum ex ijs, vel in ijs creatæ sunt, cum promotione gloriæ suæ, vitæque nostræ, & sanitatis sumantur. Qui vivis, & regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus Sancti Deus, per omnia sæcula sæculorum. *Resp. Amen.*

*Deinde asperget, ut supra, aqua benedicta. Possunt
etiam binc, deinde ponit, & infigi palma, seu
rami benedicti ab Ecclesia.*

EXORCISMUS EFFICACISSIMUS CON-
tra locustas, & alia animalia nociva
fructibus terræ.

Collectus ex Manuali Ecclesie: & ex gravissimi-
 mis Authoribus, ut sunt Dominus Christo-
 phorus Valtodanus, Episcopus Palentinus, in suo
 tractatu locustarum fol. 35. Maximilianus ab Ey-
 matem 3. part. fol. 299. Quiñones in fine sui tra-
 ctatus locustarum, Hyeronim Mengo de eversionibus
 dæmonum, exorc. 17. in fine Ioannes Franciscus
 Leo in Thesauro fori Ecclesiast. 4. p. de locustis,
 & bruchis, num. 42. Magister Andraeas Salazar in
 vita S. Gregorij Episc. Hostiensis, cap. 18. cum
 ordine, quo de illis debemus uti; & ex alijs mul-
 tis.

Sacerdos prius dicat Missam Sexagesimæ cum
 commemoratione Sancti Gregorij Episcopi Hostien-
 sis, aut tantummodo Missam ejusdem Sancti sine
 ulla commemoratione: & posteā cum Sacerdos acces-
 serit ad hereditatem, vineam, aut terminum, ubi
 fuerit similis pestilentia, indutus superpellie-
 co, & stola, ferendo Crucem, & aquam benedic-
 tam, dicat sequentia.

Adiutorium nostrum in nomine Domini.
 Resp. Qui fecit Cœlum, & terram.
 Vers. Sit nomen Domini benedictum.
 Resp. Ex hoc nunc, & usque in sæculum,

Vers.

Vers. Benedicamus Patrem, & Filium cum Sancto Spiritu.

Resp. Laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.

Vers. Benedictus est Dominus in firmamento cœli.

Resp. Laudabilis, & gloriosus, & super exaltatus in sæcula.

Vers. Orate pro nobis, Sancte Augustine, & Sancte Gregori.

Resp. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Vers. Benedicat, & custodiat segetes istas (vel fructus istos, vel veneas, aut hortos) omnipotens, & misericors Dominus.

Resp. Amen,

Vers. Domine exaudi orationem meam.

Resp. Et clamor meus ad te veniat.

Vers. Dominus vobiscum.

Resp. Et cum spiritu tuo.

Oremus.

TE, Domine, petimus, & rogamus, ut hæc segetum, fructum, olearum, leguminum, & herbarum semina oculis tuis serenis aspicias ; sicut enim testatus est Moysi famulo tuo in terra Egypti, dieens: Dic filijs Israel, cum ingressi fuerint terram promissionis, quam eis Dominus Deus daturus est, primitias frugum suarum offerant Sacerdotibus, & erunt benedictæ ; ita, & nos ora-

•ramus, Domine, auxilium misericordiae tuæ super hæc semina, ex quibus fructus de terra suscipere speramus, ut non grando ulla succidat, non turbo tempestatis detruncet, non aquarum inundatio abducat, non aeris immutatio exterminet, non locustarum, neque aliorum animalium corrosio noceat, sed tua sancta benedictione munira, fructifera, & superabundantia propter animarum, & corporum humanorum utilitatem, & usum ad plenissimam maturitatem perducere digneris. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Asperguatur aqua benedicta.

O R E M U S.

Domine Deus, qui creasti hominem ad imaginem, & similitudinem tuam, clementiam tuam supliciter exoramus, ut hunc fructum, quem ad usum generis humani nasci fecisti, tua benedictione perpetua benedicas, ✕ ut germinet super terram, floreat, frondeat, & ad fructum maturitatis perveniat, quatenus de eo tibi supliciter, & humilliter famuli tui acceptum sacrificium, gratamque oblationem valeant offerre in conspectu tuo, & de reliquo vitam suam nutrire ad laudem, & gloriam sanctissimi nominis tui. Non seminet super eum hostis antiquus semina sua, non cizanias, non turbet eum ali-

aliquid malum non calor siccet, non tempestas conturbet, nec grando conterat, neque ventus exurat, nec ærugo, aut tinea demoliatur, non locusta mordeat, neque animal aliud quodcumque inficiat, sed sub tua protectione cum pluvia opportuna, salutaris, & congrua irroret, refrigeret, & nurriat, et usque ad complementum in manus laborantium prosperé, & cum salute perducat. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Exorcismus.

Exorcizo vos pestilentes locustas, & alia animalia prædijs, & fructibus nociva, per Patrem Æternum, qui odorem victimæ delicti sui Filij, & fumum odoratus est, & per misterium illius sacratissimæ Cœnæ à Christo vespere factæ cum Discipulis suis, qua in passione ipsius Christi, quando ipse verus Sol ad ocam prooperabat, refectione æterna omnibus Fidelibus præparata fuit, & per signa amoris Christi in Discipulis, quoniam relicturus eos, maiorem eis demonstravit amorem; & hoc est, quod dicit Cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos, finis enim legis Christus, quod est in finem, hoc est, in Christum, ut et ipsi de hoc mundo ad suum caput dilectione transirent.

Exorcizo vos per humilitatem Iesu-Christi qui licet à Deo exierit, & Deus sit, & pergeret ad Dem, tamen ut universum conculcaret tu-

tumorem, pedes Discipulorum lavit, &c tersit.

Exorcizo vos per Christum, qui respondere nolluit Pilato interroganti, nec crimen diluens dimitteretur a Preside, & Crucis utilitas differretur. Et per constantiam Christi, nam dignum Praesidi videbatur magno miraculo, ut exhibitus Christus ad criminale judicium, imperturbabilis staret ante mortem, quae apud omnes homines terribilis aestimatur.

Exorcizo vos per eum, cuius mors illuminavit mortis tenebras, & infernorum obscura collustrans, mortis spolia detraxit. O mors, unde mortui reviviscunt! Quid isto sanguine mundius? Quid isto vulnera satubrius? Quid ista morte utilius?

Exorcizo vos per Iesum-Christum, qui, licet Dominus sit totius mundi, in vita domum non habuit, & post mortem in alieno sepulchro reconditur in terris, quia pro aliorum moriebatur salute, & tamen sedes ejus manebat in cœlis.

Exorcizo vos per Iesum-Christum, qui in præsenti sæculo manet cum electis, eos protegendo, & post finem cum eis manebit, eos remunerando; ipse enim, qui ascendit ad cœlos, non deserit adoptatos, & ipse deorsum confortat ad pacientiam, cuius gloriæ participes nos facit ipse Christus Rex gloriæ, qui est benedictus in sæcula: per omnia suprà dicta vobis mando, ut omni tempore confessim recedatis ab agris
cau-

campis, vineis, prædijs, & possessionibus hujus terræ, nec ullo tempore in eis habitetis, sed ad ea loca transeatis in quibus nemini nocere possitis, & pro parte omnipotentis Dei, & totius Curiæ coelestis, & Ecclesiae sanctæ Dei, vobis maledico, ut quocumque fueritis, sitis maledictæ, quatenus de vobis reliquæ nullo in loco inveniantur, quod præstare dignetur, qui venturus est iudicare vivos, & mortuos, & sæculum per ignem.

Oremus.

DEUS, qui contritorum non despicias gemitum, & mœrentium non spernis affectum; adesto supplicationibus nostris, quas tibi pro peste locustatum effundimus, nosque clementer exaudi: ut quidquid contra nos diabolicæ, atque humanæ moliuntur adversitates, ad nihilum redigatur, & consilio tuæ pietatis alliditur, quatenus nullis adversitatibus læsi, sed de omni tribulatione, & angustiæ, erepti, læti in Ecclesia tua gratias referamus. Per Dominum nostrum.
Resp. Amen.

Oremus.

DEUS, qui ad salutem humani generis maxima quæque Sacra menta in aquarum substantia condidisti: adesto propitius invocationibus nostris, & elemento huic multimodis purificationibus præparato virtutem tuæ benedictionis in-

infundat creatura tua ista mysterijs tuis ser
viens , ad abijciendos dœmones , morbosqu
pellendos, divinæ gratiæ sumat effectum, ut quid
quid in agris , vel vineis , vel hortis , vel seget
bus Fidelium tuorum hæc unda resperserit, ca
reat omni immunditia , liberetur a noxibus ani
malibus , non illic resideat spiritus pestilens
Amen. Non aura corrumpens. Amen. Non bru
chus, aut tinea demoliens. Amen. Non locust
mordens. Amen. Non ventus urens. Amen
Non grando conterens. Amen. Non tempesta
conturbans. Amen. Non calor siccans. Amen
Non cizania perturbans. Amen. Discedant al
eo omnes insidiæ latentis inimici , & siquid est
quod in columnitati ejus invideat , aut quieti, as
persione hujus aquæ effugiat , atque discedat, u
salubritas per invocationem tui sancti nomini
expetita , ab omnibus sit impugnationibus
defensa. Per Christum Dominum,
&c.

LAUS DEO.

s ser
osqu
quid
eget
t, ca
ani
ilens
bru
cust
men
esta
men
ut al
l est
i, as
at, u
mini
is

